9c. XIII. 24.

F. C. 286.

MICH. HENR. GRIBNERI
POTENT. POLON. REG. A CONSILIIS
AVLAE ATQVE IVSTITIAE ET ANTE-
CESSORIS PRIMARII IN ACADEMIA
LIPSIENSI

PRINCIPIA PROCESSVS IVDICIARII

IN VSVS PRIVATOS AVDITORVM
CONSCRIPTA

PVBLICI IVRIS FECIT
IO. CHRISTOPH. FRANCK. I. V. D.
QVI DIFFERENTIAS
IVRIS MAGDEBVRGICI
ADIECIT

ACCEDIT
DISSERTATIO EPISTOLICA
DE
LITIVM AMBAGIBVS
RECIDENDIS
ET INDEX LOCVPLETISSIMVS

EDITIO QVARTA
EADEMQVE MVLTIS ACCESSIONIBVS
AVCTA EMENDATA
ET AD
ORD. PROC. SAX. RECOGN.
ACCOMMODATA.

IENAE, APVD VIDVAM B. MAYERI
ANNO MDCCXXVIII.

PRAELECTIO

PHOSCOLYTICA

INAUGURALIS

AD

LITEM AMBACTIAE

REGIDIENSIS

ET

ORD. PROC. SAX. RECCEN.

ACCESSIONEM

DISSERTATIONE HISTORICA

DE

LITE AMBACTIAE

REGIDIENSIS

ET

ORD. PROC. SAX. RECCEN.

ACCESSIONE

DISSERTATIONE HISTORICA

DE

LITE AMBACTIAE

REGIDIENSIS

ET

ORD. PROC. SAX. RECCEN.

ACCESSIONE

MICH. HENR. GRIBNER. LECTORI BENEVOLO S. P. D.

QVarta nunc vice prodit libellus hic, priuatis auditorum vſibus olim deſtinatus, et a *Viro Cl.* atque meliore fortuna digno, IO. CHRISTOPH. FRANCKIO, me fere inuito, publici iuris factus. Principia proceſſus exhibet, eo ordine, quo cauſae in foro aguntur. Qui, cum per *Nouiſſimam Ordinationem Regiam* inſigniter mutatus ſit, mihi quoque emendanda fuerunt,

runt, quae ſcripſeram, et ad hanc normam exigenda. Neque tamen omiſi eas, quae antea obtinuerunt, procedendi rationes, ſed cum iure nouo coniunxi, vt non minus iis, qui hoc vtuntur, quam qui illas adhuc ſequuntur, vſui hic libellus eſſe poſſit. Quamobrem etiam *Diſſertationem Epiſtolicam* iterum adiici facile permiſi, quamuis litium ambages, de quibus recidendis illa agit, pleraeque apud nos ſublatae ſint, nec amplius cauſarum curſum remorentur. Dab. Lipſ. Non. Mart. An. M. DCC. XXVIII.

PRAE-

PRAEFATIO
PRIMAE EDITIONIS.

LECTORI BENEVOLO
S. P. D.
I. C. F.

QVi omnes eruditionis partes affligit, *ſcribendi pruritus*, *ICtorum potiſſimum ſcholas* infelici ſidere iamdudum *occupauit*, vt veterum iuris conditorum volumina, ex quibus Pandectae legum Romanarum compilatae ſunt, ad duo millia pene librorum, et trecentas myriadas verſuum iam olim adſcendiſſe Imperator Iuſtinianus fuerit conqueſtus. Qui ſi ſuo ſeculo iuſte *veritus* eſt, ne legibus ſuis ſcripturien-

tium verbositas, nisi poena falsi coërceretur, labem, quae Edictum perpetuum deformauerat, adspergeret, opusque moderate confectum in infinitum traheret: non est, quod miremur, iurisprudentiae cultores librorum multitudine nostris temporibus obrui, quibus et typorum facilitas describendi taedium impensasque minuit, et legislatorum, iurium et iuris interpretum numerus admodum excreuit.

Neque vero is naeuus otiosam sanctionum antiquarum scientiam, aut theoreticam iuris disciplinam tantum corrupit, sed etiam quod plus exercitationis, quam lectionis requirere debebat, *aureae praxeos studium* eodem grauissime laborat.

Quippe vt in ipsa causas perorandi ratione, ita in tradendis processus

ceſſus iudiciarii praeceptis veterum Romanorum mores ab hodiernis toto, quod aiunt, coelo diſtant.

Cum enim Romae patrum aſtutia factum eſſet, vt qui ius ſuum in foro perſequi vellent, a Pontificum potiſſimum collegio certam actionum formulam peterent, qua non ad amuſſim propoſita ſtatim tota cauſa cadebant; tantum abfuit, vt ICti iſtas legum actiones publice docerent, vt potius eaſdem ſumma ſolicitudine celarent, donec tandem *Cn. Flauius* arcana illa patribus indignantibus proderet populo, cui proceſſus iudiciarii notitiam denuo eripuiſſent ICti, niſi nouas agendi formulas, ab ipſis poſtea excogitatas, *Sextus Aelius* iterum publicaſſet. Tanta cura cauebant, ne fori, cui ipſi, oraculorum inſtar, praeeſſe cupie-

bant, mysteria publice innotescerent.

Alia omnia Germaniae acciderunt. Quamuis enim ex glossarum commentis, et Pontificum constitutionibus enata procedendi in foro ratio maiori etiam difficultate, quam priscum malum formularium, laboret, Doctorumque de nouarum legum iudiciariarum sensu, altercationes non parum turbatam impeditamque agendi excipiendique rationem reddiderint; ex his tamen difficultatibus emergendi subsidia tantum abest, vt inter arcana artis retulerint et occultauerint ICti, vt potius, si quod se habere quis crederet filum Ariadneum, protinus id praxeos candidatis ostenderet et commendaret. Hinc tot vbique duces occurrunt, qui facem scriptis suis praeferre cupiunt, vt iter facientibus,

bus, cum nunquam antea viſum ante pedes habent triuium aut quadriuium, facilius ſit, quam forenſis diſciplinae cultoribus, quo ſe vertant, ſtatuere.

Neque enim numerum quis facile inierit *analyſium*, *annotationum*, *apoteleſmatum*, *arborum*, *cautelarum*, *clauſularum*, *collegiorum*, *commentariorum*, *compendiorum*, *concluſionum*, *diſceptationum*, *diſputationum*, *electorum*, *enucleationum*, *enunciatorum*, *exercitiorum*, *gemmarum*, *gloſſarum*, *inſtitutionum*, *introductionum*, *iſagogarum*, *iurium*, *lucubrationum*, *manualium*, *methodorum*, *obſeruationum*, *ordinum iudiciariorum*, *pandectarum*, *practicarum*, *praxium*, *proceſſuum*, *progymnaſmatum*, *ſpeculorum*, *ſynopſium*, *tabularum*, *theſaurorum*, *tractatuum*, aliorumque ſcriptorum

proceſſualium, quae ad tantam multitudinem excreuerunt, vt, ſi quis ad omnia, quae de iudiciorum formis in lucem edita ſunt, perlegenda condemnetur, ſatis crudele ſupplicium ſubiturus videatur, etiamſi a perluſtrandis iocoſeriis forenſium *diſceptationum inter ſuperos inferoſque*, inſtar fabulae Romanenſis, confictarum ſomniis reliquiſque *ignitabuli* proceſſuum iudicialium, ſimilique portentoſo nomine praxin forenſem tradentibus libellis veniam impetrauerit.

Quae cum ita eſſe ipſi referamus, miretur forſan aliquis, quo conſilio noua PROCESSVS IVDICIARII PRINCIPIA edere, et poſt nonaginta nouem libellos alios centeſimum publicae luci exponere animum induxerimus. Cuius inſtituti cauſas cum facile ſit plures allegare, genium ſeculi, diuerſas

uerſas hominum opiniones, voluntatem aliorum, et quae vulgo abaliis afferri ſolent; vna ego defungi me excuſatione poſſe confido, ſi in tanta proceſſualium operum multitudine *bonorum compendiorum inopia* magis, quam copia, nos dixerim laborare.

Vaſta volumina Virorum Celeberrimorum, qui partem hanc iuriſprudentiae exornarunt, aduocatos et iudices, non iuuenes, inſtruunt, quos ſi quis ſtatim non praeparatos ad haec opera ableget, aut deſertores ſtudii huius eos efficiet, aut multo labore ſerius ad id perducet, ad quod breuiore via ducti ſine magno labore maturius potuiſſent peruenire. *Compendium commendat breuitas*, cum hic omnium enucleationum ſcopus ſit, paucis rei referre ſummam, quae ſi ab initio prolixe et plene

iu-

iuuentuti tradenda esset, nihil opus foret synopsi, qualem a *Rosenthalio* conscriptam esse, licet is ingentem suum de feudis tractatum hoc nomine appellet, nemo crediderit.

Sed breuis esse non potest, qui intra metam se non continet, qui ad alia digreditur, et per ambages eo tendit, quo recta via procedere licebat. Igitur quisquis cuiuscunque disciplinae nucleum exhibere cupit, eam sibi legem dicat necesse est, *ne* quicquam *afferat*, *quod ad* doctrinae, quam tradit, *principia haud pertineat*. Itaque cum cupida legum iuuentus iuris theoriam primum audire, eaque demum rite praeparata, ad processus forensis disciplinam admitti soleat, in methodi leges impinget, qui, quae de concursu creditorum, de hypothecarum iure, de procuratori-

toribus, de fide teſtium, et documentorum, et multis aliis argumentis in Digeſtis copioſe traduntur, denuo repetat et pluribus exponat.

Vti vero nihil admitti debet, quod ſit ſuperfluum, ita *nec omittere* quicquam fas eſt, quod ad ſolida artis *fundamenta* iacienda requiratur; vt iuſtae introductionis in praxin forenſem menſuram implere nequeat libellus, qui ea, quae ad appellationis fatalia, aut proceſſus arreſtatorii, cambialis, executiui, poſſeſſorii, vel prouocatorii rationes pertinent, aut aliam huius ſcientiae partem praecipuam ſicco plane pede praeterit, vel vix leuiter attingit.

Neque ſelegiſſe optima et aptiſſima ſatis eſt, niſi probe digeſta, *iuſto ordine* proponantur. Quamuis enim ſuprema fere methodi

lex

lex habeatur, arbitrariam esse, dubitandumque non sit, quin vna eademque res diuersa ratione concipi et connecti possit: vti tamen compendio proficisci illum nemo dixerit, qui in medio itinere, quo per anfractus varios peruenerat, inde viciſſim retrogradiatur, eodemque denuo per ambages reuertatur; ita confundi lectorem minus exercitatum neceſſe eſt, quoties, quem ducem ille ſequitur, more deſultorio modo huc tendit, modo aliorſum delabitur, modo in priorem locum, quaſi turbine circumactus recidit. Quapropter nunquam, fateor, illorum mihi inſtitutum placuit, qui aut neſcio ſecundum quam cauſarum methodum cum *Fibigio* proceſſus forenſis principia tradunt, aut pro ſerie titulorum, qui in ordinationibus proceſſuum continentur,

tur, praxeos candidatos inſtitue-
re ſueuerunt. Nam vti aliae ſunt
legum, aliae compendiorum con-
ſcribendorum rationes, ita per ſe
apparet, non commodiore via
praecepta praxeos forenſis pro-
poni poſſe, quam ſi eum, quo cau-
ſae in iudiciis peraguntur, ordinem
diligenter ſequaris, ea vero, quae
*inter*dum incidunt, ac differentias
extraordinariorum procedendi
generum, illis demum abſolutis,
ſubiungas.

Praecipua compendiorum vir-
tus eſt *accuratio*, vt non niſi vera
tradant, aut vero certe ſimilia, ne,
vnde ſcientia quaeritur, inde erro-
res hauriantur. In quos tum quo-
que non poteſt non incidere le-
ctor minus exercitatus, cum, quem
ipſe ſequitur, ſcriptor diſſidentes
plurium terrarum leges, omiſſa di-
uerſitatis mentione, indiſcretas

con-

coniungit, ac modo communium iurium centones, modo particulas e Saxonico processu decerptas, modo proprias alteri foro lacinias, quasi ex eadem officina depromtas, improuidus consarcinat. Quippe necesse est, ex eiusmodi promiscua diuersorum iurium commixtione informem, et quasi incerto patre spuriam nasci praxeos forensis disciplinam, quae nec integra vllibi terrarum vsum praebere possit, nec officium queat per partes praestare ignorantibus, cui quaeque loco conueniant. Quam ob rem quicunque angustum arbitratur, vnius Legislatoris finibus contineri, ab eo variorum, quorum legibus vtitur, iudiciorum discrimen sedulo vbiuis inculcari debet, ne, dum nusquam peregrinus esse cupit, nusquam habitare videatur. Denique non re-

rum

rum modo, ſed et verborum cura ſumma habenda eſt epitomatori; ne, dum, quae recte ſentit, male exprimit, incautus incidat in errorem, et ambigua, vel minus commoda voce lectorem fallat.

Hanc ad normam ſi quis exigat vulgares proceſſuum ſynopſes, is facile, puto, intelliget, concinnam in *aliis* breuitatem, in pluribus accurationem, in pleriſque methodum, et adaequatam ac rei conuenientem tractandi rationem iure deſiderari poſſe, atque adeo non temere me de compendiorum bonorum inopia in tanta operum proceſſualium copia fuiſſe conqueſtum.

Atque id ipſum fateri videntur illi, qui dum iuuentuti ad praxin viam demonſtrare cupiunt, ipſas, quod dixi, *Ordinationes Proceſſus* praelegunt et principiorum loco

proponunt. Qui ſicuti recte faciunt, quod ſuos ſtatim ad ipſas conſtitutiones noſtrorum Principum adducunt, ita magnopere mihi falli videntur, ſi iuſti compendii rationem habere ordinationes illas, ſibi quidem perſuadeant. Quo ipſo nihil quicquam iuribus ſanctiſſimis detraho. Quis enim in legibus ſcholaſticam ſolertiam, aut methodi ſubtilitates requirat? Aliae legislatorum, aliae legum interpretis rationes ſunt: neque illi libellos ſcribunt, vnde tyrones forenſis diſciplinae prima praxeos elementa addiſcant, ſed ſanctiones condunt, ad quas vel verſatiſſimi in foro, atque illi ipſi etiam, qui iura docent et reddunt, confugiant, doctrinaſque et cauſas exigant.

Satius ergo eſt alio ordine incedere, atque libello compendiario pro-

propoſito, diſcentes ad litium iura recta via deducere, leges vero et conſtitutiones Principum firmandis principiis adhibere. Sed *libelli vulgares* deſiderio meo non vbique ſatisfaciunt, neque modum bonae ſynopſeos omni ex parte implent. Ex quibus, qui vetuſtiſſimi ſunt, minorem vtilitatem praeſtare ſolent. Quae ſubinde prodeunt nouellae conſtitutiones, proceſſus rationes non raro immutant. Vſus quoque fori, quo plurima magis, quam certa legenituntur, efficit, vt multa, quae olim recte tradita fuerunt, nunc ſecus ſe habeant, atque alia prorſus ratione doceri debeant.

Quapropter diu iam in votis habui, vt nouum aliquando prodiret proceſſus Saxonici compendium, quod ea, quae in ipſis litibus obtinet, ſerie praxeos iura perſpi-

cue et accurate traderet, neque tam quid olim obtinuerit, quam quo nunc iure collegia vtantur, exponeret. Id vero inueniſſe me credidi, cum in manus meas venirent, quos nunc in publicum edo, DVO PRINCIPIORVM PROCESSVS IVDICIARII LIBELLI, quorum vnus iura ordinarii proceſſus ordine exponit, ac per ſingulos terminos veluti de ſtatione in ſtationem lectorem deducit, alter cuiuſcunque proceſſus extraordinarii rationes et differentias recenſet.

Placebat ordo, placebat in tanta rerum vbertate breuitas, et ſine obſcuritate accuratio, neque minus placebat, quod vbique nouiſſima collegiorum iuridicorum praeiudicia allegari, atque ad opera inſignia trium virorum celeberrimorum *Bergeri*, *Riuini* et

Men-

Menckenii, qui inter Doctores, qui processum Saxonicum illustrarunt, hodie primas facile tenent, lectorem viderem remitti. Licet enim ex auctoritate consentientium parum roboris veritati accedat, et obseruantias iuris postulatae destitui non ignorem, interest tamen eorum, qui causas in foro perorare cupiunt, nosse, quae *in* collegiis praeualeant opiniones, et secundum quas nouissime fuerit pronunciatum, interest scire, vbi plenius discussa fuerit controuersia et pertractata ex instituto.

Itaque quod ipse non sine commodo aliquo legisse mihi videbar opusculum, id vt publicae exponi luci auctor pateretur, suasor ei monitorque fui. Is vero leue aiebat scriptionis genus, nec publicis, sed priuatis destinatum vsibus. Aliud

esse omnibus, aliud paucis scribere, aliud auditoribus in calamum dictare perituras positiones, aliud eruditi orbis et posteritatis iudicio immaturum sistere opus. Sed cum ille negaret, ego insisterem; tandem mihi opusculum reliquit, eoque se plane abdicauit, verum ea lege, vt si edendum id omnino censerem, aut dissimulato auctoris nomine id facerem, aut bona saltim fide lectorem admonerem, mea opera prodiisse, quod ipse auctor diutius latere maluisset.

Accipe ergo beneuola fronte, Lector, quae Tibi exhibeo, PROCESSVS IVDICIARII PRINCIPIA, quae, qualia accepi, bona fide reddo, breuissima saltem sententiarum EPITOME ad marginem adscripta, INDICEque rerum alphabetico in calce subiecto. Ex ipsis doctrinis nihil mihi vindico,

prae-

praeter ADDITIONES paucas, quibus Magdeburgicas leges iudiciarias cum Saxonicis contuli; iuriumque quibus vtraque prouinciavtitur, in pluribus consensum, *in* quibusdam vero dissensum breuiter commemoraui. Quo fine cum auctoris compendio ordinationem processus Magdeburgici vtramque contendi, cum vetere*m*, quam anno superioris seculi octogesimo octauo Ducatus hic accepit, tum recognitam, id est, prioris declarationem atque emendationem decennio post publicatam. Nec peculiares constitutiones omisi, quoad eas excerpere licuit e *Codice Iuris Magdeburgici nouissimi*, qui iam typographos tenet occupatos, proditurus propediem (*) legesque omnes duca-

 tui

* Quod postea anno 1715. factum, et continuatio etiam anno proxime elapso sequuta.

tui Magdeburgico ab anno post Christum natum millesimo sexcentesimo octogesimo latas comprehensurus. Denique e Regia Prussica atque Electorali Brandenburgica ordinatione generali de emendanda re iudiciaria anno praeterito die vigesimo primo lun. promulgata huc retuli, quaecunque processum Magdeburgicum recta via vel confirmare visa sunt, vel reformare. Atque ista quidem ita curaui exscribi, vt typorum diuersitate, adiectoque crucis (†) signo absque labore possint distingui, ne mea qualiscunque opella cum ceteris confundatur, aut a Saxonici processus doctrina animus eorum, qui, quid in vicinia agatur, minus curant, distrahatur.

Fecerimne operae pretium, Tum erit L. B. iudicare, qui si non ingra-

ingratum aut inutile inſtitutum meum iudicaueris, voti mei compotem me factum gaudebo. Sin aliter ſentias, mihi et iis, qui mecum faciunt, ignoſces, atque auctori ſaltem dabis veniam, qui ne quidem cum typis exſcriberetur opuſculum, reuidendi et emendandi ſingula curam aut voluit, aut *ob* abſentiam, negotiorumque *et* alias iuſtas cauſas ſuſcipere potuit.

Atque iſta quidem in chartam conieceram, cum opportune in manus meas incidit exemplum *EPISTOLAE*, qua Saxonibus, (ad alia enim fora nec progreditur ipſa nec a nobis prolatatur,) *litium ambages recidendi remedia* ſuppeditantur. Quae quia profundiore illorum, qui forenſium diſceptationum diuturnitatem execrantur, meditatione digna iudica-

SECTIO II.

De Contumacia Rei non comparentis. p. 38

SECTIO III.

De Iis, quae fiunt in primo termino, ſi vtraque pars compareat, in primis de comparitione per Procuratores, Actores et Syndicos etc. 46

SECTIO IV.

De His, quae in primo termino ab Actore excipienda ſunt. 69

SECTIO V.

De Reo, qui excipit, et de Contumacia Rei litem non conteſtantis. 75

SECTIO VI.

De Litis Conteſtatione. 90

CAPVT III.

De Iis, quae fiunt poſt Litis Conteſtationem, in primis de Probatione per Teſtes et Documenta.

SECTIO I.

De Termino probatorio et dilationibus. 99

SECTIO II.

De Productione Teſtium. 109

SECTIO III.

De Productione et Recognitione Documentorum. 118

SECTIO

SECTIO IV.

De Editione Documentorum. pag. 133

SECTIO V.

De Reprobatione. 141

CAPVT IV.

De Probatione per Iusiurandum.

SECTIO I.

De Iuramenti Delatione. 148

SECTIO II.

De Reuocatione et Acceptatione Iuramenti, nec non de Oblatione ad Iurandum. 159

SECTIO III.

De Defenſione Conſcientiae per Probationem. 168

SECTIO IV.

De Iuramenti Relatione, item Praeſtatione, et de Iuramento Calumniae 178

CAPVT V.

De His, quae fiunt poſt Probationem.

SECTIO I.

De Publicatione Atteſtationum und vom Verfahren über Beweiß und Gegen-Beweiß. 184

SECTIO II.

De Sententia definitiua. 194

CAPVT

CAP. VII.

De Proceſſu Poſſeſſorio, tam Summario in ſpecie, quam Inhibitiuo. pag. 337

CAP. VIII.

De Proceſſu Prouocatorio. 349

CAP. IX.

De Proceſſu, qui in Concurſu Creditorum obtinet. 356

CAP. X.

De Proceſſu Criminali. 362

DISSERTATIO EPISTOLICA.

De Litium ambagibus recidendis. 371

INDEX. 401

PRIN-

PRINCIPIORVM PROCESSVS IVDICIARII PROLEGOMENA.

DE *PROCESSV IN GENERE.*

§. I.

Processus, quo causae in iudicium deductae peraguntur, est vel *ciuilis*, vel *criminalis*, hic in *accusatorium* & *inquisitorium* diuiditur. (a) *Processus criminalis,*

1. (a) De vtroque agetur in *Lib. II. cap. vlt.*

§. II.

ciuilis in *Ciuilis* respicit vel iudicia *possessoria*, vel *petitoria*. (a)

§. III.

possessorio, *Possessorium* est vel *ordinarium*, vel *summarium*. *Summarium* tractatur processu summario, qui est vel *possessorius in specie*, vel *inhibitiuus*. vid. *Lib. II. cap. VII.*

§. IV.

& petitorio, vel ordinario *Petitorii* causae vel ordinariæ, vel summariae, inde processus alius *ordinarius*, alius *summarius*.

§. V.

vel summario *Summarius* diuiditur in summarium *in specie*, (a) & in *executiuum*, sub quo & *cambialis* continetur. *Lib. II. cap. 1. 2. seqq.*

§. VI.

---

2. (a) Quod vocabulum latiore significatione accipimus, vt omnes siue reales, siue personales actiones complectatur.

5. (a) Summarius hic Processus in Saxonia Electorali abrogatus est, vid. *Append. O. P. R. §. 1. p. 300.*

§. VI.

Processus peragitur in *iudicio.* *Iudex* *Iudex* ſummus in Republ. (imperio Monarchico) Princeps eſt. (a) Is ius reddit tam per ſumma, quam per inferiora iudicia, ab eius arbitrio dependet omnis *iurisdictionis* diuiſio. (b) *Iurisdictio*

§. VII.

Dependet etiam diuiſio iurisdictionis in *eccleſiaſticam* & *ſeculare*; illa ad perſonas & cauſas eccleſiaſticas pertinet, & apud nos per *Conſiſtoria* exercetur. Poterant vero iſtæ quoque lites coram *Eius diuiſio.* *Iudex Eccleſiaſticus.*

6. (a) Hinc nemo ne *patrimonialem* quidem iuriſdictionem habet, ſiue *inferiorem*, ſiue *ſuperiorem*, niſi ex beneficio Principis, vid. DISSERT. *d. Iur. Princip. regal. quae vulgo, ſed perper. ad Iuriſd. referuntur. Tom. I. Select. Iur. Publ. Opuſc. Sect. IV. theſ. 2. et 19.* **Iurisdictio omnis a Principe.**

(b) Quid ad *altam*, quid ad *baſſam* referri debeat, quid ad Ciuilem quid ad Criminalem. Quid iure, quo vtimur circa haec conſtitutum ſit, traditur ad *tit. ff. d. Iuriſd. et Iudiciis.*

iudice ſeculari, iubente Principe, peragi. SCHOEPFFERVS *ad ff. tit. d. iurisdict. n. 24. ſeqq.* vnde in Saxonia Electorali a Conſiſtoriis ad Regimen Regium licet prouocare. vid. SCHILTERVS *Inſtitut. Iur. Canon. lib. I. tit. V. §. 13.* (a)

§. VIII.

Secularis. Reliquae cauſae aguntur apud iudices *ſeculares:* Ciues (plerumque) conueniuntur coram ſenatu, ruſtici coram domino praedii, ſi is cum iurisdictione inueſtitus ſit. Ex his alii *Schrifftſaſſii* ſunt, alii *Amtſaſſii* (a), ab Amtſaſſiis appellatur

7. (a) De iure Magdeburgico, vid. *Ord. Proc. Magd. Recogn.* c. 1. §. 17. 26. j. *Ord. Vet.* c. 1. §. 10. c. 50. §. 20. 22. add. *Cod. Iur. Magdeb. P. II. n 16. et n. 49.*

Amtſaſſii. 8. (a) In dubio autem quis praeſumitur eſſe Amtſaſſius non Schrifftſaſſius, quae praeſumtio ad ciuitates ac poſſeſſores praediorum aeque pertinet. Quae autem perſonae officii cauſa Schrifftſaſſiis annumerentur, exponit BERGERVS, *Elect. Diſcept. Forenſ. p. 106. ſeqq.*

Schrifftſaſſii.

latur ad *Praefectum*, a Schrifftſaſſiis (b) vt et a Praefecto ad *Curias*, vel ad *Regimen* (c), ad quod etiam ab ipſis Curiis prouocatio datur.

§. IX.

Singulare eſt, quod, qui iuriſdictionem patrimonialem habent, *ſuos ſubditos coram ſuis iudiciis* conuenire poſſint, (a) modo

Forum ſubditorum à domino iuriſdictionis.

(b) Ipſi Schrifftſaſſii forum ſortiuntur in Curiis et Regimine Principis. De iure Magdeburg. vid. *Ord. Proc. Magd.* c. 1. §. 12. 13. et *Recogn.* d. c. §. 32. *Ord. Gen. de emendand. re iuſtit.* §. 4. *Cod. Iur. Magdeb.* P. II. n. 10. et 57.

(c) Habent enim Curiae in Saxonia Electorali cum regimine concurrentem quodammodo iuriſdictionem. Sed vid. MENCKEN, *ad Proceſſ. Diſput. III. th.* 7. BERGERVS *Oeconom. lib. IV. Tit. IV. not.* 7. *p.* 943. *in fin.* Curiæ.

(a) Vbi nota: (1) ſubditos non habere vi *huius* §. beneficium primæ inſtantiae, ſi a Domino in Curia Prouinciali conueniantur.

nis conventorum.

actuarius ab iis præſtito in praeſentia ſubditorum iureiurando rite conſtitutus ſit (b). *Ordin. Proc. Saxon. Tit. II. §. fin.* Ob wir auch wohl.

§. X.

(2) Ius hoc inueſtitis cum iuriſdictione competere, ſiue ſingulos ſiue vniuerſos ſubditos conueniant, ſiue cauſa perſonalis ſit, ſiue realis, ſiue allodialis, ſiue feudalis, *O. P. R. ad Tit. II. §. 3.*

(3) Non tamen facile ipſos ſententias ferre, ſed acta tranſmittere debere. MENCKEN *ad Proceſſ. Diſp. IV. th. IX.* RIVINVS *ad Ordin. Proceſſ. Saxon. Tit. II. Enunc. 9.* vid. *O. P. S. R. ad Tit. II. §. 3.*

(b) Iuramento hoc, quod §. f. O. P. S. Tit. II. exigit non rite praeſtito, nullitatis exceptionem obiici poſſe contendit ZIGLER. *ad dict. tit. verb.* in Beyſeyn der Unterthanen, vt vix ſuperueniente actuarii iureiurando acta ſuſtineantur. BERGERVS *Elect. Diſcept. forenſ. ad Tit. II. Obſeru. V. not. II. p. 39.* Ceterum O. P. R. ad Tit. II. §. 3. ab omnibus actuariis, licet nullae dominis cum ſubditis lites intercedant, hoc iuramentum illo, quo dictum eſt, modo praeſtari iubet, quamuis ſi rite conuocati

§. X.

Actuariorum officium singulis titulis commemorabimus. Hoc loco tantum praemonendum est (I) eos in Saxonia Electorali, si causis criminalibus adhiberi velint, *Notarios* publicos esse debere, *Decis. Elect. 38.* (a) *Actuarius*

† *Quod in Ducatu Magdeburgico non requiritur.* ORDIN. PROCESS. *cap.* 50. §. 13.

(II) Registraturis conficiendis ad-

cati sint subditi aliquos ex iis comparuisse sufficiat. De iure Magd. vid. *Ord. Proc. Magd. Recogn. c. I. §. 9.*

10. (a) Add. tamen Rescript. Reg. d. d. 12. April. 1718. quo cautum est, daß die Auditeurs nicht eben Notarii seyn müssen. O. P. S. R. Tit. II. §. 7. Actuarios in causis criminalibus Actis tanquam Notarios, sub poena 5. Thal. subscribere jubet, neque quemquam Actuarii munus suscipere patitur, nisi qui ad praxin exercendam admissus fuerit eique operam dederit. dict. Tit. II. §. 1.

hibere (b) teneri (c) *perſonas iudiciales. Ordin. Proceſſ. Saxon. Tit. II. §. 2.* Alſo verſehen. verb. Und durch ihn iedesmahl in Beyſeyn der Gerichts-Perſonen. quod ad ſuperiora iudicia non pertinet (d), ſumtus litium auget, & paſſim

Subſcriptio.

(b) Vt ſubſcribant, neceſſe non eſt, vid. ZIGLERVS *ad dict. Tit. verb.* in Beyſeyn, *pag. 20.* add. O. P. S. R. ad Tit. II. §. 6.

(c) Si tamen adhibitae non fuerint, regiſtratura non eſt nullius plane momenti, quamuis non plenam vim probandi habeat, ſed purgatorio iuramento contra eam locus relinquatur. Ita reſpondit *Ordo Iuridicus Vitembergenſis anno 1709. Menſ. Septembr.* O. P. R. Tit. II. §. 6. parti ſuppletorium, aut etiam Actuario purgatorium iniungere iubet. Sed et ſi adhibitae fuerint perſonae iudiciales, contra regiſtraturam nihilominus iuramentum deferri poteſt, WERNHERVS *Part. I. Obſerv. XII. vbi praei.* Secus eſt, ſi ipſae partes regiſtraturam ſua approbauerint ſubſcriptione, vid. BERGERVS *Oeconom. lib. IV. Tit. VI. not. IX. p. 951.* confer. O. P. R. Tit. II. §. 6.

atio. (d) Ob verba *d.* §. die von uns mit Gerichten

paſſim diu negligi ſueuit, ac vix tum in vſum reuocari poteſt. (e)

§. XI.

Neque de *actore* & *reo* hoc loco multa praemittemus, aut de reliquis perſonis, quae ad iudicium conſtituendum concurrunt. Nam, quae in Pandectis traduntur, inde repeti debent, non huc transſcribi, cetera ſuo loco indicabimus. *De reliquis perſonis remiſſive.*

richten beliehen, oder dieſelben in Ubung haben, quae ad eos, qui iuriſdictionem patrimonialem habent, tantum pertinere videntur, in primis cum de ſuperioribus iudiciis eorumque Secretariis et protonotariis non hoc, ſed *praeced.* §. I. agatur.

(e) De actibus qui abſente licet iudice et Scabinis expediri poſſunt, vid. O. P. R. d. T. II. §. 6. verb. inſonderheit mögen Rügen und Klagen, Relationes Nuntiorum, das Angeben und Verfahren derer Partheyen, Production derer Documenten, und andere dergleichen Proceſſualia von denen Actuariis, auch ohne Praeſenz des Iudicis, und einiger Gerichts-Perſonen gar wohl expediret und regiſtriret werden.

Ordo dicendorum.

mus. Seruabimus autem in principiis praxeos forenſis tradendis eum ordinem, vt initio ſeriem *proceſſus ordinarii* LIBRO I. perſequamur, deinde *cetera* quaecunque *proceſſuum genera* LIBRO II. ſtrictim enarremus.

PRINCIPIORVM PROCESSVS IVDICIARII.

LIBER I.

DE PROCESSV ORDINARIO.

CAP. I.

DE IIS, QVAE FIVNT ANTE PRIMVM TERMINVM.

SECTIO I.

DE LIBELLO ET SVPPLICATIONE PRO IMPETRANDA CITATIONE.

§. I.

Libellus. QVI cauſas clientum ſuorum perorare aggrediuntur, in primis

primis de eo ſolliciti eſſe debent, vt deſideria eorum rite compoſito libello (a) exponant. *Partes libelli* ſunt *facti ſpecies* et congrua *petitio*, ius vt commemoretur, neceſſe non eſt, imo inutile et ſuperfluum, niſi ſingulare ſit, quod iudex ignoret (b). *Eius partes*

§. II.

Sed haec ex pandectis nota ſunt: itaque paucis tantum monebimus, *in* Saxonia (1) non admitti *libellum articulatum*, *Ord. Proceſſ. Sax. Tit. V. pr.* *Requiſita.* I.

Idem RECESSV IMPERII nouiſſimo §. 27. et 59. *cautum eſt, et in Ducatu Magdeburgico obtinet.*

(2) *no-*

1. (a) Hodie libellus in Saxonia Elect. licet minus recte compoſitus, quoad fieri poteſt, ſuſtineri debet, O. P. R. T. V. §. 1.

(b) Multo minus neceſſe eſt, uſum et obſeruantiam legis allegare. Si quis tamen allegauerit, probare non tenetur, cum vſus legis ſemper praeſumatur. vid. DISPVTAT. *Vtrum fratres probare teneantur, ſe non fuiſſe ingratos.* §. 2.

2. (2) *nomen actionis* exprimere ſu-
3. peruacuum haberi, (3) *plures* qui conſortes non ſint, non poſſe vno libello aduerſus eundem (a),
4. (4) nec vnum *contra plures* ex-
5. periri (b): (5) nec licere cauſas, quae *diuerſo proceſſus genere* ventilari debeant (c), eodem libello
6. cumulare, (6) immo nec eiusdem generis regulariter (d) *plures quam*

2. (a) RIVINVS *ad Titul. V. Enunc. I.* niſi alter alteri actionem ceſſerit, quam cautelam ſuppeditat BERGERVS *Elect. Diſcept. forens. pag. 164.* plures tamen, qui eodem tempore, eadem iniuria affecti ſunt, uno libello experiri poſſe, cenſuit, F. I. V. an. 1711. M. Mai.

(b) Nequidem aduerſus maritum et vxorem, ſcilicet ex diuerſis cauſis. RIVINVS *loc. citat. Enun. III. IV.* add. O. R. T. V. §. 2. verb. ſo einerley Perſon.

(c) e. g. Si vna cauſa executiuum proceſſum, altera ordinarium poſtulet, O. R. d. §. 2. verb. wofern es nur in eodem genere Proceſſus iſt.

(d) Excipiuntur enim 1) cauſae mercatoriae, *Ordinat. Mercator. Lipſienſ. Tit. VI.* (2) pauperum. 3) liquidationes

8

quam tres dict. Titul. V. §. wir laſſen (e):

† *Iure Magdeburgico ne has quidem* ORD. PROC. MAGD. RECOGN. l. c.

(7) concluſionem continere debere *petitionem certam*, non generalem, non ambiguam, ſed nec alternatiuam, (f) niſi natura actionis 7.

tiones in concurſu creditorum, et 4) controuerſiae de operis ruſticorum ORDIN. PROCESS. SAXON. *Tit. V.* §. wir laſſen.

(e) Eadem tamen actio, e. g. mutui ob plures quam tres diuerſas ſummas inſtitui poteſt. Imo hodie per O. R. T. V. §. 2. plures cauſae, quam tres, eodem libello cumulari poſſunt, ſi nulla exinde metuenda ſit confuſio, atque contra eundem, et eodem Proceſſus genere, agatur.

† ORDIN. PROC. MAGD. REC. c. 18. §. 2. *tantum in controuerſiis Magiſtratuum et ſubditorum, ac tutelae actionibus cumulationem admittit.*

(f) Sed ab hoc rigore receſſit O. P. R. T. V. §. 2. quae alternatiuam petitionem ſuſtinet, et, ubi fieri debebat, ſupplere iubet.

nis id aut poſtulet (g) aut ſaltem permittat. (h)

§. III.

Clauſulæ inanes — *Clauſulæ* libellis quam plurimæ addi ſolent, ſed pleraeque *inanes* ſunt et inutiles, vt, qua ſibi actores quaeuis iuris beneficia reſeruant; qua ſuperfluae probationis onus declinant, aut de errore calculi cauent, &c. (a)

§. IV.

Salutares. — *Salutares* ſunt, qua rem cum fructibus et acceſſionibus petimus, intereſſe lucri ceſſantis, aut emergentis damni nobis praeſtari, expenſasque reſtitui poſtulamus, &c. MENCKEN. *loc. cit. th. IX.*

§. V.

(g) Vt in remedio *Leg. 2. C. de reſcind. vendit.*

(h) Vt in actione hypothecaria etiamſi aduerſus tertium poſſeſſorem agatur *Diſſent.* RIVINVS *Tit. V. Enunc. 33.* quod quidem hodie dubio caret. O. R. T. V. §. 2.

3. (a) Idem de clauſula: *non in forma libelli* etc. recte monet RIVINVS *dict. loc. Enunc. XLIII.* add. MENCKEN, *ad Proceſſ. Diſp. V. th. VIII.*

§. V.

Clauſulæ autem, quam in primis ſalutarem vocant, qua *Iudicis officium nobiliſſimum* omni meliori modo *implorant*, eam virtutem eſſe, non puto, quam vulgo ei tribuunt (a), niſi lex aut conſuetudo illam ei concedat (b). *Implora-tio.*

§. VI.

Libellus hodie offertur iudici plerumque per ſchedulam, *ſupplicationem*, pro impetranda citatione dicunt, qua actor reum ad reſpondendum quamprimum vocari, et ſe de termino certiorem reddi petit. (a) *Supplica-tio.*

§. VII.

5. (a) Confer. IOH. SAM. STRYCKIVS *Diſſertat. de Clauſula ſalutari Libellorum.*

(b) Vid. ORD. PR. MAGDEB. c. 18. §. 1. add. *Ordin. Proc. Saxon. Tit. V. §.* nachdem. et *Ord. Rec. ad. d. Tit. §. 1.*

6. (a) Vid. formulam, non tamen ſatis concinnam ap. STRYCK. *Coll. pract.* p. 88.

§. VII.

Poteſt tamen etiam ipſi libello illa petitio inſeri et adiungi.

SECTIO II.

DE CITATIONE ET TERMINI NOTIFICATIONE.

§. I.

Libelli praeſentatio.

DE oblatione libelli *regiſtratura* confici debet, (*praeſentationem* vocant) (a) poſt actuarius rem ad iudicem refert, qui, niſi libellus ineptus ſit, (b) aut aliud obſtet, *citationem* ſtatim decernit. (c)

§. II.

---

1. (a) Debebat in hac regiſtratura exprimi, a quo ſchedula ſit oblata, et actuarii nomen ſubſcribi. Vulgo iſta omittuntur, temporis tantum facta mentione: *praeſentirt* den 15. Auguſt. 1711. Fieri autem haec regiſtratura poteſt etiam in aedibus priuatis, O. R. T. II. §. 4.

(b) Scil. ſi ita ineptus ſit, vt nulla ratione ſuſtineri poſſit, O. R. T. V. §. 3.

(c) XIV. dierum ſpatium iudici indulgent Reſ. Gr. d. an. 1661. Tit. von Iuſtitien-Sachen, Gr. 16.

§. II.

Antequam tamen eam emittat, exigere debet *guarandam*, (a) et ab iis, qui poſſeſſionati non ſunt, *cautionem pro expenſis*, (b) nec non, ſi ipſe principalis libellum haud obtulerit, *legitimationem* (c). *Guaranda.*

§. III.

De *citatione reali, verbali in ſpecie* ſic dicta, eaque, quae vel *per praeconem*, vel per *edictum*, fit, *Lib. II.* agemus. In proceſſu ordinario eodemque ciuili, circa quem hic ſolum occupamur, citatio fit per *literas*, quae continere debent *iudicis et* *Citatio*

per literas.

2. (a) Hoc, ſublata per O. R. T. XII. Guaranda, hodie ceſſat.

(b) Cautionem enim pro expenſis ſuſtulit O. R. T. XIII., quae etiam d. l. docet, quinam pro poſſeſſionatis haberi debeant, add. *Ord. Proc. Magd.* cap. 23. §. 1.

(c) RESOLVT. GRAVAM. *de anno* 1661. *grauam. XVII.* MANDAT. ELECT. *de anno* 1691. §. 4. O. R. T. VII. §. 1.

vtriuſque partis nomen (a); exprimere *locum* et *diem*, vbi comparere, tum *quid* partes in termino expedire ac *peragere debeant*. Ita in prima citatione, cum qua *libellus transmittendus* eſt, reus & ad litem per transactionem componendam (b) et ſi concordia obtineri nequeat, ad reſpondendum, et litem conteſtandam ſub poena confeſſi et conuicti (c) vocatur.

§. IV.

Termini dies. *Dies Termini* debet diligenter exprimi, nec comparendi facultas ad matutinas horas (a) regulariter reſtringi (b) *ſpatiumque* reo concedi

ſpatium.

'rror in omine.

3. (a) Adeo vt etiam, ſi in cognomine vel praenomine error commiſſus, fruſtra non comparentis contumacia accuſetur. RIVINVS *ad Ordin. Proc. Saxon. Tit. IV. Enunc. VIII.*

(b) O. P. R. T. I. §. 1.

(c) O. P. R. T. I. §. 4. T. IV. §. 1.

4. (a) Immo licet citatus iuſſus ſit comparere zu rechter früher Tages-Zeit, ſufficit tamen eum pomeridianis horis comparuiſſe.

(b) Niſi ad praeſtationem iurisiurandi, aut

cedi termini Saxon. integri, siue 45. dierum, non computato die insinuationis et termini, (c) idemque obseruandum in progressu processus in omnibus citationibus, quae sub comminatione fiunt, aut fatale concernunt. (d) O.R.T.IV. §. 1.

aut publicationem sententiae partes vocentur, hoc enim casu iubentur comparere noch vormittags vor 12. Uhr, auffer dem aber vor 5. Uhr nachmittags. O. R. T. IV. §. 5.

(c) Ante *Ord. Rec.* sufficiebat spatium 3. septimanarum, non integri termini Saxon. requirebatur, nisi in non comparentem, aut contumacem ferenda sententia condemnatoria, vel perpetui silentii commina-toria. MANDAT. ELECTORAL. *d. an. 1670. d. 12. Aug.* MENCKEN. *ad Proceſſ. Diſp. IV. th. IX. De Iur. Magd.* vid. ORD. PROC. MAGD. *c. 5. §. 2. c. 20. §. 2.*

(d) Excipiendae sunt 1.) causae iniuriarum et Bancaeruptorum, 2.) causae ad Politiam et opificia pertinentes, 3.) causae leuiores, h. e. quae non excedunt summam 50. flor. O. R. T. I. §. 6. 4.) quae moram non patiuntur. O. R. T. IV. §. 2. 5.) proroga-

§. V.

Notificatio.

Impetranti, qui aduerſarium citari petiit, *notificatio* termini fieri ſolet per ſchedulam, vulgo den Tag- oder Gedenck-Zettel. Haec citationis rationem non habet, vnde nec ſpatium integrum vt contineat, neceſſe eſt, nec vt per nuncium iuratum aut requiſitionem iudicis, cui actor ſubeſt, inſinuetur. MENCKEN *dict. Diſput. IV. theſ.* 3. RIVINVS *Enunc.* 33. Imo ſi plane notificatio facta non ſit, actor impetrans nihilominus comparere tenetur (a) : modo ſcientiam

---

rogationes termini, quae ex officio vel ad inſtantiam partis fiunt, quibus ſpatium 3. hebdomadum, aut 14. dierum ſufficit, d. §. 1.

† *Coram regimine Magdeb. citatus hora matutina aeſtiua ſeptima, hiberna octaua, aut ea, ad quam nominatim vocatus fuerit, comparere tenetur, poſtea non admittendus et in expenſas condemnandus.* ORD. PR. MAGD. REC. *c.* 10. §. 1.

5. (a) Ita quidem vſus fori olim tulit. BERGERVS *Oeconom. Lib. IV. Tit. XVI. not. III. p.* 1005. ſed vide ſis die

Appel-

tiam termini aut habuerit, aut habere potuerit.

§. VI.

Citatio mediata.

Si *citandus alterius*, quam citantis *iurisdictioni* subsit, non immediate (a), sed *mediante iudice ordinario* in ius vocandus est, quo casu citationem, eamque non ob-

 signa-

Appellat. Ordn. *tit.* von Ausbringung der Ladung. §. desgleichen. *verb.* dem ansuchenden Theile, wenn er gleich selbst zur Stelle, ein sonderlicher Tage-Zettel gegeben, und derselbe registriret werde. CORP. IVR. SAXON. *pag.* 855. Iure autem nouissimo haec immutata sunt omnia, et ipsi etiam Mandato d. ann. 1670. d. 12. August. derogatum est, vid. O. R. T. IV. §. 1. verb. ohne Unterschied, ob es Kläger oder Beklagten, ingleichen Impetranten oder Impetraten betreffe.

6. (a) *Regimen* principis et *Curiae Prouinciales*, immo et Commissarii ab iis constituti citant *immediate*, facta tamen in citatione commissionis mentione O. R. T. I. §. 9. de Consistoriis vid. RES. GR. *d. an. 1661. Tit.* von *Consistor.* Sachen. *Gr. II. de iure Magd.* vid. ORD. PR. REC. *c. 1. §. 30.*

ſignatam (b), transmittere iudex, coram quo lis agitur, ſolet, additis literis, quibus eam inſinuari petit (c). Iudex immediatus vel ipſam citationem transmiſſam inſinuandam curat, addita admonitione, (einer Auflage) quod ei parere citatus debeat; vel ipſe aliam citationem conficit, et de facta inſinuatione requirentem reddit certiorem (d). add. §. VII. lit. (d) & O. R. T. IV. §. 3.

Inſinuatio citationis.

§. VII.

Inſinuatio fit (a) *ſumtu* regulariter

(b) Alias vel reſignari vel remitti poteſt.

(c) Aliquando tantum literae transmittuntur, et iudex requiritur, vt ipſe parti per citationem comparitionem iniungat.

(d) Si iudex requiſitus citationem inſinuare nolit, ſuperior adeundus eſt, ſed et citandus, ſi ſemel comparuit, adigi poteſt, in primis, ſi in alio territorio degat, vt conſtituat procuratorem, cum poteſtate citationem recipiendi. RIVINVS *Enunc. XIII.* add. ORD. PROC. MAGD. cap. 20. §. 1.

7. (a) Hodie etiam die feriato, contra *l. 1. 2. C. d. Fer.*

riter impetrantis, RESOL. GRAVAM. *de anno 1661. Grau. VIII. per nuncium* iuratum, (b) cui plena fides habetur quoad ea, quae ratione officii refert (c), ita tamen, vt probationi contrarii locus relinquatur. Debet autem citatio insinuari *ipsi parti*, non aduocato aut mandatario, nisi instructus sit mandato, quod specialem citationes recipiendi potestatem contineat. (d) *Pupillis* licet infantia maiori-

(b) Vel in pagis, durch die Gerichts-Personen, O. R. T. IV. §. 2. *de iur.* MAGD. vid. ORD. PROC. MAGD. *cap. 20. §. 2.*

(c) Non in aliis, quorum intuitu iuramentum non praestitit, e.g. si de iniuria sibi illata attestetur.

(d) Quod ad personas attinet, quae in loco iudicii non commorantur, citationi additur clausula de procuratore ad recipiendas citationes constituendo, O. R. T. IV. §. 3. quae efficit, ut in sequentibus terminis citatio aduocato, procuratori, actori aut eorum domesticis insinuari possit, quamuis citationes recipiendi potestate non sint instructi. O. R. d. l. add.

ioribus iure Saxonico (e) *nequit* insinuari (f) citatio. *Mandat. Electoral. de anno 1691.* §. weil auch. Imo ne *minoribus* quidem, mulieri tamen curatorem habenti recte fit insinuatio (g). Si *ciuitas* in ius vocanda sit, Consuli regenti, Syndico aut Poligrapho vel Senatui in loco curiæ, in die Raths-Stube, (h) si *vniuersitas*, tribunis plebis, iudici vel scabinis paganis, MENCKEN. *ad Proceſſ. Disput. IV.*

l. add. Tit. XLI. §. 2. et de Iur. MAGD. ORD. PROC. MAGD. c. 20. §. 1.

(e) Secus iure ciuili.

(f) Sed tutori, et si plures tutores habeant, singulis. *argum.* ORDIN. PROC. SAXON. *Tit. IX.* O. R. T. IV. §. 2. quae et qua ratione minores, prodigi, mente capti et absentes citandi sint, praescribit.

(g) Non curatori eius, vid. Mand. d. 18. Febr. ann. 1691. §. 6. verb. männ- oder weiblichen Geschlechts selbst, ita pronunc. Facult. Iur. Lipſ. Mens. Octobr. 1726.

(h) O. R. T. IV. §. 2.

IV. theſ. X. citatio inſinuari poteſt (i) non horum domeſticis. O. R. T. IV. §. 2.

§. VIII.

Si *plures* vocandi veniant (a), *ſinguli* citari debent. Idem obtinet, ſi plures cohaeredes ſint citandi. Singulare eſt, quod, ſi pendente lite (etiam ante litis conteſtationem. ZIEGLER. *ad h. tit. verb. poſt motam. p. 31.*) quis moriatur, citatio ex cohaeredibus poſ- *Plurium citatio.*

 ſeſſo-

(i) Non Syndico. RIVINVS *ad dict. Tit. IV. Enunc. XXIV.* O. R. T. IV. §. 2. verb. den Richter oder Heimbürgen, niſi Syndicus habeat poteſtatem citationes recipiendi, quam, ſatius eſt inſtrumentis ſyndicatus inſerere, arg. O. R. T. IV. §. 3.

8. (a) Idem obſeruandum ſi citandi ſint Coſſäthen, Hüfner, Fröhner &c. quia non gaudent iure vniuerſitatis. vid. O. R. T. IV. §. 2, quae iubet in prima citatione iniungere illis conſtitutionem procuratoris ad recipiendas citationes, §. 3.

ſeſſori (b) praedii (c), quod in territorio Saxonico defunctus reliquit, inſinuari queat, (d) *Ordin. Proceſſ. Saxon. Tit. IV.* §. begåbe es ſich aber. ſi reliqui extra territorium ſint conſtituti. conf. RIVINVS *ib. Enunc. III.*

§. IX.

Inſinuatio ad domum abſentis. Ceterum ſi citandus praeſens non ſit, ad *domum* factam eſſe inſinua-

(b) Quod ſi plura praedia in eodem territorio relinquat, citatio in ſingula a diuerſis haeredibus poſſeſſa fieri debere videtur. Si nulla praedia in territorio Saxonico poſſederit, ſinguli haeredes citandi ſunt, nec ſufficit citatio in praedium, quod extra Saxoniam ſitum eſt, vni cohaeredum facta.

(c) Siue ſit feudale, ſiue ſit allodiale, quamuis Ordinatio de feudo tantum loquatur. ZIGLERVS. *ad. dict.* §. *verb.* aus ſolchen Lehn-Gütern. O. R. T. IV. §. 2.

(d) Poſſeſſor vero caeteros ſub poena 5. thal. de facta citatione certiores reddere, et, qua ratione id factum ſit, ad Acta referre iubetur O. R. T. IV. §. 2.

nuationem ſufficit, i. e. perſonis domeſticis (a) conjugi, parentibus, adultis liberis, famulis, RIVINVS *Tit. IV. En. I.* non conductoribus aedium, nec in domum, quam quis aliis locauit, et non inhabitat, vid. tamen BERGERVS *Elect. Diſcept. Forenſ. p. 67. ſeq.* et *Supplem. Part.* II. *pag. 1712.* imo ſi domeſticis quoque facta ſit, et probabilis *citandi* concurrat ignorantia, quam iuramento confirmare poſſit, vix eſt, vt pro contumaci haberi queat, inprimis ſi perſona, quae citationem recepit, citandoque non tradidit, aetatis aut alia imbecillitate laboret. Si nemo citationem recipere velit, *affigi poteſt*, O.R. T. IV. §. 2. (b)

§. X.

9. (a) O. R. T. II. §. 4. quae hoc reſtringit, quod ad famulos attinet, ad eos, qui pane et mercede citati fruuntur.

(b) Idem obtinet ſi nemo ex iis, quos diximus, praeſens ſit. De *Iure Magd.* vid. ORD. PROC. cap. 20. §. 2. affigenda autem eſt citatio an die Stubem-

§. X.

Registratura insinuationis.

Super insinuatione citationis *registratura* confici debet, quae contineat: *quis*, *cui* (a), *vbi* (b) et *quando* citationem insinuauerit, alias in eum, qui non comparuit, sententia ferri nequit. Nonnullis in locis *Recepisse* exigunt (c) siue confessionem de facta insinuatione, quae plene tamen non probat, nisi aut recognita sit, aut nuncius iuratus testetur, eam a citato scriptam esse (d). *vid.* VSLEBER. *in Dissert. de Recepisse.*

Recepisse.

§. XI.

ben = oder Hauß = Thüre, quod fieri solet conuocatis vicinis, quamuis conuocationem hanc O. R. non requirat.

10. (a) Personae enim nomen exprimi vtile, imo fere necessarium est. O. R. T. IV. §. 2. verb. mit ihren Nahmen.

(b) Nam extra domum domesticis insinuari nequit, nisi in tabernis mercatorum, in denen Cram-Laden, O. R. T. IV. §. 2.

(c) Quod vtile est, si, qui insinuauit, iuramento obstrictus non sit.

(d) Aut a persona domestica, cui citatio insinuari potest.

§. XI.

Aliquando *prorogari ſolet terminus* vel *ex officio*, vel vna aut altera *parte petente*. Si *tempeſtiue* petatur prorogatio, & iuſta ex cauſa, vix denegari poteſt (a); intempeſtiue poſtulata non aeque facile conceditur, & conceſſa licet, ab expenſis tamen non liberat. Si denegetur, terminus non comparenti currit, niſi appellatione interpoſita eum ſuſpendat; quae ſi reiiciatur, dubium eſt, an contumaciae poenam appellans incurrat (b). Ceterum vt *prorogatus terminus* integrum ſpatium Sax. contineat, neceſſe non eſt, quod recte monuit BERGERVS *Elect. Diſcept. forenſ. p. 65.* et approbatum eſt per O.R. T.IV. §. 1. (c)

Termini prorogatio.

CAP. II.

11. (a) Sine ſufficienti cauſa concedi non debet, nec niſi ſemel, O. R. T. X. §. 4.
(b) Vid. MENCKEN, ad Proceſſ. Diſp. VI. Tit. X. §. 3. ſed hoc dubium ſuſtulit O. R. T. X. §. 4.
(c) Ita, vt nec is qui prorogationem impetrauit, nec pars altera de anguſtia termini excipere poſſit.

CAP. II.

DE IIS, QVAE FIVNT IN PRIMO TERMINO VSQVE AD LITIS CONTESTATIONEM.

SECTIO I.

DE CONTVMACIA VTRIVSQVE PARTIS, ET IMPRIMIS ACTORIS.

§. I.

In termino praesens sit iudex et actuarius.

HAec ante terminum peragun-tur. Iam de iis, quae *in ipso termino* expedienda sunt, dispicia-mus. *Iudex* igitur *et actuarius* copiam sui partibus facere debent, quod si neglexerint, nihil quidem peragi, nec contumacia eorum ac-cusari potest (a), de mora tamen commissa iustae deuoluuntur quae-relae ad superiorem. Neque am-bigen-

1. (a) Imo ne partium quidem, vt puta si reus non comparuerit, et iudex sui copiam actori non fecerit. SCHWENDENDOERFFERVS *ad Fibig. p. 154.*

bigendum eſt, quin, ſi quod inde damnum ſentiant partes, eius reſtitutionem (b) poſtulare queant.

§. II.

Si vtraque pars haud compareat, terminus *circumduci* dicitur, (a) inde nec actor nec reus in contumaciae poenam incidit, (b) nec ſententia ferri aut publicari, (c) nec acta

Terminî circumductio.

(b) Etiam refuſionem expenſarum.

2. (a) Idem obtinet, ſi ob culpam iudicis terminus circumductus ſit, *vid.* §. *1.* item ſi partes ad diuerſos dies citatae fuerint. Vnde nec litis pendentiae effectum his caſibus citatio habebit. conf. MENCKEN *Diſput. VI. Tit. X. §. III.*

(b) In mulctam tamen pars vtraque incurrit, quam citatio exprimit, O. R. T. I. §. 4. aut, ſi ea non expreſſa ſit, in poenam 5. thal. O. R. T. IV. §. 6. quam euitant, ſi tempeſtive, ſe non comparituros, iudici indicauerint, aut tota cauſa, tranſactione interpoſita, finita fuerit, d. §. 6. de *iure Magd.* vid. *O. P. M.* c. 22. §. 5. et O. P. R. d. c. §. 1.

(c) Iure nouiſſimo, ſi ad audiendam ſententiam citati ſint, publicari ea debet in contumaciam vtriuſque partis, O. R. T. IV. §. 6.

acta tranſmitti poſſunt; (ſecus eſt, ſi tantum terminus inrotulationis circumductus ſit) ſed ad inſtantiam partis noua citatio emittitur, quae integrum ſpatium Saxonicum non minus, quam prima citatio continere debet.

§. III.

Officium rei actore non comparente.

Si actor non compareat, reus, qui rite ſe ſtitit, elapſo termino (a) contumaciam eius accuſat (b), petit ab inſtantia ſe abſolui (c), actorem ad cautionem de lite proſequenda adſtringi (d), et in expenſas condemnari.

3. (a) I. e. *Iur. Sax. Elect.* poſt horam 5. pomeridianam, O. R. T. IV. §. 5.
(b) Hodie etiam ex officio ſententia in contumacem actorem ferri poteſt, ſi reus comparuerit, ſed contumaciam actoris, aut plane non, aut non rite accuſauerit. O. R. T. X. §. 1.
(c) Si enim id nominatim non petat, ab inſtantia, iis in locis, vbi haec poena obtinet, non abſoluitur. Ita SCABINI *Vitemb. M. Aug. ann. 1712.*
(d) Hodie in *Sax. Elect.* ſublata haec poena, actor contumax in mulctam incidit, in expenſas condemnatur, et actionem intra terminum Saxonicum,

mnari. Neque hanc poenam actor euitat, si aut notificatio ei legitime facta non sit (e), aut citatio terminum lege definitum non contineat (f); si tamen ante terminum per literas se excuset, a praestanda cautione (g), et si tempestiue id fe-

C cerit

nicum, sub iactura illius, prosequi iubetur. O. R. T. I. §. 4. T. X. §. 1.

(e) Ita pronunciauit CONSISTORIVM VITEMBERGENSE *anno 1709. Mens. April.* vid. tamen *Cap. I. Sect. II. §. V.* et RIVINVS *ad Ord. Proceff. Tit. .X. En. I.* hodie hoc casu cessat poena contumaciae, per O. R. T. IV. §. 1.

(f) Ita *Vitembergensia Collegia* sentiunt BERGER. *Suppl. Tom. II. p. 197.* aliter *Lipsiensia* teste RIVINO *dict. Tit. Enunc. 3.* Iure nouissimo hoc casu actor non incidit in poenam contumaciae. O. R. T. IV. §. 1. Diss. KRAVS. L. I. c. 2. S. I. §. 7. p. 43. ut in expensas quoque vix condemnari possit.

(g) Nec reus hoc casu ab instantia absoluitur, MENCKEN *loc. cit. §. VI. in fin.* Formula: Daß Bekl. Suchen noch zur Zeit nicht statt hat; es ist aber Kl. demselben die Unkosten ꝛc. Iure nouissi-

cerit, ab expensis etiam liberatur (h).

§. IV.

Etiam in secundo termino.

Idem obtinet (a), si *in termino secundo* actor non comparuerit, vt puta

uissimo non liberatur actor a poena contumaciae, si in termino, aut paulo antea, se excuset, etiamsi impedimenta legitima, quae non in continenti demonstret, allegauerit. vid. O. R. T. IV. §. 5. T. X. §. 4. Neque prouocatio ei proderit, qua non obstante, reus admittitur ad accusationem contumaciae, et reiecta appellatione fertur sententia. d. T. X. §. 4. T. IV. §. 5. Quod si tamen ex iusta causa non comparuerit, impedimenta legitima, leuteratione, vel appellatione interposita, deducere potest, modo in ipso prosecutionis, aut iustificationis termino, ea, quae in primo peragenda erant, expediat. d. T. IV. §. 5.

(h) Etiam hodie, modo legitima doceat impedimenta: hoc enim casu dilatio ei conceditur, non tamen nisi vna. O. R. T. X. §. 4.

4. (a) Quid vero obtinebit, si actor compareat quidem, sed libellum non repetat? aut libellum repetat, sed non

8

puta ſi in primo reus contumax fuit, in ſecundo actor (b); quo caſu effectus ſententiae in primo termino contra reum latae, e. g. comminationis ſub poena confeſſi et conuicti, exſpirare videtur, per contumaciam actoris (c).

non replicet? Sane vix eſt vt his caſibus poena contumaciae locum habere poſſit, atque ita ante O. R. pronunc. F. I. V. an. 1711. M. Iun. et *Scab.* V. M. Nou. ann. 1714. Sed nec O. R. quicquam ea de re cautum eſt; condemnationem tamen in expenſas actor, qui rite ſuo non eſt functus officio, ſine dubio incurret.

(b) Hic caſus non continget hodie facile, niſi forte citatio prima haut contineat integrum terminum Saxonicum.

(c) Poſt litis conteſtationem ſi actor contumax ſit, petitio rei non dirigitur ad abſolutionem ab inſtantia, aut proſequendam litem, Diſſ. LANGIVS *cap. XL. num. 48. confer.* BERGERVS *Elect. Diſcept. forenſ. p. 329.* etc. ſed ſecundum rationem negotii, quod in illo termino peragi debebat, vt ſuo loco videbimus.

§. V.

Pœna contumaciæ.

Fertur ergo in contumacem actorem ſententia petitioni rei conformis. Vnde *actor poſtea* amplius non *admittitur*, niſi *praeſtita cautione* (a), quae vel pignoribus fit, vel fideiuſſoribus: neque enim ſola promiſſio ſufficere videtur (b). Quod ſi a lite deſiſtere velit, ad cau-

5. (a) Hodie hac cautione amplius non eſt opus, ſed ſi actor intra terminum Saxonicum nouam citationem, aut dilationem, non petierit, aut in proximo termino non comparuerit, cauſa cadit, et in expenſas condemnatur. O. R. T. X. §. 1. *de Iure Magd.* vid. O. P. M. c. 22. §. 7.

(b) Conſent. NICOLAI *Part. I. cap. XL. num. 52.* conf. MENCKEN. *loc. cit. §. VIII.* et RIVINVS *Enunc. IV.* qui in poſſeſſionatis promiſſoriam cautionem ſufficere contendit. Si per Mandatarium praeſtetur, requirit ſpeciale mandatum, vid. DISSERTAT. *de Mandat. Special. th. 12.* ibique *praeiud.* In Saxonia Elect. haec cautio nunc plane ceſſat.

cautionem inuitus adigi nequit (c).

§. VI.

Ab *expensis* non aeque hac ratione se liberabit, quae, licet actor liti renunciet, nihilominus peti possunt (a). ZIEGLERVS. *loc. cit. verb.* und Vorstand (b). *Restitutio expensarum.*

(c) Potest tamen reus extrahere terminum, vt actor declaret, an litem velit prosequi, eique *fatale* constituatur *actionis prosequendae*, bey Verlust derselben. Iure nouissimo, quod diximus, ipse actor citationem, intra terminum Saxonicum, petere, et actionem prosequi tenetur.

6. (a) Etiam hodie actor, licet actionem prosequi nolit, expensas restituere reo compellitur. O. R. T. X. §. 1.

(b) Nec opus est peculiari actione, qua eas peti posse monet MENCKEN. *l. c. §. VII.* sed reus potest impetrare terminum, in quo actor, dem Urtheil zu Folge, die zuerkannten Unkosten erstatte, aut executionem petere, postquam sententia in rem iudicatam transiit.

§. VII.

Nouus terminus.

His vero reſtitutis cautioneque praeſtita *reus*, ſi actor *nouo termino* conſtituto (a) libellum repetat, *reſpondere tenetur*, cum non ab actione, ſed ab inſtantia tantum abſolutus ſit. (b)

SECTIO II.

DE CONTVMACIA REI NON COMPARENTIS.

§. I.

Officium actoris reo non comparente.

SI *actor ſe ſiſtat*, ſed *reus non* aeque compareat, huic incumbit (a) illius accuſare contumaciam.

---

7. (a) Sufficit autem hæc demum in termino praeſtari, modo actor, dum citationem extrahit, ſe ad praeſtationem eorum offerat.

(b) Iure nouiſſimo etiam reus, refuſis ab actore expenſis, in termino proximo, ſub poena confeſſi et conuicti, litem conteſtari compellitur.

1. (a) An etiam teneatur *libellum repetere*, antequam rei accuſet contumaciam? ambiguum eſt. Rectius omni-

am. Vbi vel in *legitima impedimenta* eum petit condemnari, (b)

† De *Iure Magd.* vid. ORD. PROC. MAGD. *c.* 22. *§.* 7. add. ORDIN. GENER. d. emend. re iuſtit. §. 31.

vel comparitionem et litis conteſtationem ſub *poena confeſſi et conuicti* (c) *expenſarum-*

 que

omnino facit, qui repetit: immo ſi in legitima impedimenta reum condemnari petat, neceſſariam eſſe libelli repetitionem vulgo tradunt; vid. *§. ſeq.* ſed quae nulla lege nititur opinio, ad alios caſus proferri non debet. Itaque ſi ſub pœna confeſſi et conuicti reſponſionem reo iniungi poſtulet, omiſſam libelli repetitionem actori non nocere exiſtimauerim. Sed nec, ſi reum pro confeſſo et conuicto declarari petat, vt libelli repetitionem praemittat, neceſſe eſt; neque enim hanc repetitionem requirit, O. R. T. X. §. 2.

(b) Hodie condemnatio in legitima impedimenta non locum habet, niſi in proceſſu deſertionis et bannitorio. O. R. T. X. §. 2.

(c) Neque enim haec comminatio tantum ad contumaciam rei, qui comparuit et non reſpondit, reſtringen-

da

que reſtitutionem ei iniungi. (d)

§. II.

da eſt, ſed et ſi *plane non comparuit*, locum habet. Vbi additur: daß Bekl. nach anderweit vorgehender Ladung zu erſcheinen, etc. Similiter *in legitima impedimenta condemnari* poſſe non tantum eum, qui plane non comparuit, ſed et eum, *qui comparuit*, et reſpondere detrectat, vulgo tradunt. MENCKEN. *ad Proceſſ. Diſp. VI. Tit. X. §. 10.* CARPZOV. *Proc. Tit. VIII. Art. II. n. 28.* id quod tamen dubio non caret: cum impedimenta legitima probare nec poſſit, nec teneatur, qui rite comparuit. Id minus dubii habet, eum, qui *non legitime* comparuit, in legitima impedimenta condemnari poſſe.

(d) Hodie reus ſub poena confeſſi et conuicti in ius vocatur. Quod ſi igitur non compareat, actor eum ſtatim pro confeſſo et conuicto declarari et in expenſas condemnari poſtulat, vid. O. R. d. T. §. 2. niſi forte citatio integrum terminum Saxon. non contineat; hoc enim caſu non niſi comminatoria ſententia ferri poteſt.

§. II.

In legitima impedimenta reus condemnari nequit, (a) *nisi* (1) *citatio* integrum terminum Saxonicum fuerit complexa, RIVINVS *ad Ordin. Proceſſ. Saxon. Tit. X. Enunc. XXXIII.* (b) & (2) *reus* abſentiam ne quidem per literas (c) excuſauerit (d) *actor* vero (3) non

Condemnatio in legitima impedimenta.

2. (a) Haec, et quae ſequuntur §. 2. et 3. in Sax. Elector. tantum in Proceſſu bannitorio et deſertionis vſum praeſtant.

(b) Hinc ſi actor id poſtulet, citatio ad primum terminum continere debet ſpatium integrum Saxonicum, cum alias terminus III. ſeptimanarum ſufficiat, ad comminationem ſub poena confeſſi et conuicti, et condemnationem in expenſas obtinendam. APPELLATION-PATENT *de anno 1670. §. III.* Iure nouiſſimo haec immutata eſſe, et primam citationem ſine diſcrimine *terminum Saxon.* complecti debere, dixi C. I. S. II. §. 4. p. 19.

(c) Sed *literae ſemel* tantum *attenduntur*. Nam ſi in termino ſequenti iterum per literas ſe excuſet, a condemna-

(3) non modo nominatim hanc contumaciae poenam ei irrogari petierit, (e) sed etiam ipse (4) guarandam

demnatione in legitima impedimenta non liberatur. ORD. PROC. SAX. *Tit. X.* dieweil *in fin.* RIVINVS *Enunc. XXXV.* In Sax. Elector. in reum, qui sub poena conf. et conu. citatus est, non comparentem, fertur sententia condemnatoria, etiamsi in ipso termino, aut paullo antea, absentiam per literas excusset, et impedimenta, quae in continenti probare non possit, alleget, ita tamen, vt si reuera, ob legitimum impedimentum, se sistere non potuerit, Leuteratione vel Appellatione interposita, ad probationem illius admittatur, quo casu in ipsa prosecutione, aut iustificatione, euentualiter sub poena conf. et conu. litem contestari iubetur, O. R. T. IV. §. 5.

(d) Alias enim in expensas tantum condemnatur, ita tamen, vt sub poena confessi et conuicti comminatio, si petita fuerit, sententiæ etiam inferi possit.

(e) *Si alternatiue petierit*, aut in legitima impedimenta reum, aut in expensas damnari, mitior sententia fertur. MENCKEN *loc. cit.* §. *10.*

idem-

randam præſtiterit, RIVINVS *loc. cit. Enunc. XXXVII.* legitimationem idoneam exhibuerit, et, ſi opus ſit, ſatis dederit, BERGER. *Supplem. Tom. 2. p. 369.* &, quod nonnulli addunt, libellum repetierit. MENCKEN *dict. §. 10. in fin.* Quae ſi recte ſe habent omnia, pronunciatur: Daß Kl. ſeine An- und Zuſprüche wieder Bekl. biß auf die Ehehafft und behelffliche Wiederrede erſtanden und erlanget habe.

§. III.

Condemnatio in expenſas non additur. Nam *ſi* reus legitima *impedimenta non probet*, *aut* denuo *non compareat*, *cauſa cadit*, & in expen- *Sententiæ ſequens.*

---

idemque obtinet, ſi & ad *impedimenta* legitima, & ad *expenſas* reſtituendas eum deſideraverit condemnari. Namque eo caſu expenſarum tantum reſtitutio ei iniungitur. NICOLAI *Part. I. Cap. XXXIV. num. 15.* add. *§. ſeq. huius ſect.* Atque haec extra Sax. Electror. hodieque obtinent.

expensas litis condemnatur (a), modo reo iterum integer terminus Saxonicus (b) fuerit concessus (c): & actor rite contumaciam eius accusauerit: Sin compareat, & legitima impedimenta doceat, ne primi quidem termini expensae ab eo exigi possunt. RIVINVS *Enunc. XXXIX.* Quae vero sint legitima impedimenta, alibi traditur, et arbitrium iudicis plerumque definit. *Probatio* eorum (d) *summaria*

Legitima impedimenta, quae eorum probatio,

3. (a) *Formula Sent.* Daß Kl. wider Bekl. seines beharrlichen Ungehorsams halber, nunmehro seine Ansprüche, inhalts der Klage, biß auf die Hülffe erstanden und erlanget; derowegen Bekl. etc. cum expensis, etc.

(b) Alias vix in expensas reus condemnabitur.

(c) Quamuis autem haec recte se habeant, reus tamen, *si libellus ineptus sit*, absoluitur. Dissent. RIVINVS *Enunc. XLI.* Sed et si *moderatione opus sit*, (e. g. si Aduocatus salarium aut expensas petat) ea, licet reus contumax sit, tamen fieri potest et debet.

(d) Quaeritur: An in termino haec proba-

maria tantum requiritur, imo teſtimonia Magiſtratus, Medicorum, & iuramentum etiam impedimentum allegantis ſufficere cenſetur, MENCKEN. *dict. loc.* §. *II.* cum rigida contumaciae poena efficiat, vt iudices minus rigidi ſint in examinandis impedimentis (e).

§. IV.

Atque haec cauſa eſt, cur malint aduocati in accuſatione contumaciae eo petitionem dirigere, vt *reus ſub pœna confeſſi et conuicti comparere*, et litem conteſtari, *atque* termini *expenſas reſtituere compellatur* (a): quamuis hoc quoque

Sententiæ commina-toria & in expenſas conde-mnatoria.

probatio abſoluenda ſit, an tantum inchoanda? Prius tutius eſt, in primis cum hic plena probatio non exigatur.

(e) Hinc actori *non datur contra-demonſtratio* aduerſus hanc impedimentorum demonſtrationem.

4. (a) Expedit tamen *petere condemnationem in impedimenta*, quoties probabile eſt, reum non compariturum: hinc *in proceſſu* deſertionis, CARPZ. *Iurispr. Eccleſ. lib. III. def. 61, et* in pro-

Condemnatio in legit. imped. quando petenda?

que casu reus ab expensis se liberare posse videatur, si probet legitimum adfuisse impedimentum, et facultatem tempestiue se excusandi sibi defuisse. Quod si in contumacia pergat reus, pro confesso et conuicto habetur; (b) quam poenam Jure Sax. El. noviss. statim incurrit, qui in primo termino legitime vocatus non comparet. O.R.T.X. §. 2.

SECTIO III.

DE IIS, QVAE FIVNT IN PRIMO TERMINO, SI VTRAQVE PARS COMPAREAT, IN PRIMIS DE COMPARITIONE PER PROCVRATORES ET SYNDICOS &c.

§. I.

Dictum est, quemadmodum circumducatur terminus, et qua ratio-

---

processu *bannitorio* inprimis recepta est illa procedendi ratio, neque in aliis causis *Iur. Sax. El. Nouiss.* admittitur.

(b) Vid. L. I. C. 2. S. 5. §. 7. seqq.

ratione aduerſus actorem reumque contumacem procedatur.

Conſequens eſt, vt eorum rationem habeamus, quae fiunt in primo termino, *ſi vtraque pars compareat.* Ad officium iudicis inprimis pertinet tentare inter partes concordiam, quae, ut eo facilius obtineatur, partes apud nos, ſub mulcta 5. thal. (a) in judicio ſe ſiſtere, judices vero in cauſae merita inquirere (b), atque remotis etiam advocatis, (c) taedia et fata litium partibus exponere, transactionem, aut compromiſſum ſuadere, (d) et qua ratione officio ſuo defuncti fuerint, ad acta referre jubentur. (e)

Officium Judicis ſi pars vtraque com-; reat.

§. II.

1. (a) Vid. O. R. T. I. §. 2.
(b) O. R. T. I. §. 2. verb. wenn er zu vorhero ſich ſelbſt in der Sache gnüglich informiret. add. Vorbeſchieds Mand. d. d. 24. Febr. 1717. §. 4.
(c) O. R. d. §. 2. verb. ohne Advocaten.
(d) d. §. 2.
(e) Sub poena 5. thal. quae pro circumſtantia-

§. II.

Officium vtriusque partis.

Quae vero a partibus expediuntur, ſunt vel actori et reo communia, vel cuique propria: ita actor libellum repetit, cauet, reus excipit, litem conteſtatur. De ſingulis ordine videbimus, ac primo quidem de *legitimatione* agemus.

§. III.

Comparitio partium per ſe.

Nimirum *comparent partes* vel vel per ſe, vel per alios. *Per ſe*, quando non adhibito mandatario ipſae in termino ſe ſiſtunt, (a) *licet deſi-*

ſtantiarum ratione ab actuariis, aut poligraphis ſoluenda eſt. d. §. 2. Quod ſi partes aequis conſiliis locum relinquere recuſent, eo, quo §§. ſeqq. dictum eſt ordine, proceditur, und werden die Partheyen zum rechtlichen Verfahren verwieſen.

3. (a) Quamuis autem cuique integrum ſit ſine procuratore comparere, ab extraneis tamen, qui in loco iudicii non commorantur, mandatarius conſtituendus eſt, poteſtate citationes recipiendi inſtructus. O. R. T. IV. §. 3. add. ſupra L. 1. C. 1. S. 1. §. 7. lit. d. *de Iure Magd. vid.* O. P. c. 12. §. 1. O. R. d. c. §. 2.

deſiderium ſuum *per aduocatum exponant.* Atque hoc caſu ſufficit, ſemel partem praeſentem in ipſo termino fuiſſe (bey dem Angeben.) Vbi aduocatus deinde poſitiones (das Einbringen) ad acta conſcribi curat, vt praeſens ſit, non ſolet requiri (b): quamuis ſi actus talis ſit, quem mandatarius ſine ſpeciali mandato expedire nequeat, praeſentiam partis requirendam putem.

§. IV.

Qui *pro aliis comparet*, *procurator* dicitur, & *mandato* debet eſſe *inſtructus*, idque exhibere ſtatim *in* ipſo *termino* (a), vt ne quidem ſuffi-

Per Procuratorem mandato inſtructum.

(b) Saltim ita *vſu* obtinet, in primis beym andern und dritten Satze.

4. (a) *Alias accuſatur* eius *contumacia*, perinde ac ſi principalis plane non comparuiſſet. Quod ſi iam vna cum libello procuratorium obtulerit, vid. O. R. T. VII. §. 1. ſatis eſt, ſi ad hoc ſe referat; ſecus eſt, *ſi* mandatum tantum

Quid? ſi mandatum deſit,

ſufficiat charta blanca, quae nondum extenſa eſt. Requiſita mandati in *Tit. ff. de Procurator.* traduntur. Itaque hic tantum aliquas obſeruationes adiiciemus.

§. V.

Mandati Clauſulae,

Ita (1) *expreſſio* derer Erbnehmen in mandatis *ſuperflua*, MENCKEN. *Tit. 7. §. 3.* (a) (2) *haeredum* contra *neceſſaria* eſt, & tutiſſime ita exprimitur: vor mich und meine Erben; verba enim: *cum clauſula haeredum;* ſufficere negant *ICti* et *Scabini Lipſienſes.* RIVINVS *Enunc. XXVII.* MENCKEN. *loc. cit.* (b) (3) Clauſula rati

vel mandatum ſit.

tum ſit *mancum;* hoc enim caſu mandatarius cum *cautione rati* admittitur, eidemque legitimatio iniungitur: Daß Kl. (Bekl.) ſich anderer Geſtalt, und beſſer als geſchehen, zu legitimiren ſchuldig.

5. (a) Inprimis hodie. vid. O. R. T. VII. §. 1.

(b) In Sax. Elector. hodie, vt haeredum in mandato fiat mentio, non neceſſe eſt. O. R. T. VII. §. 1.

rati grati (c) et cum libera exiguae eſt vtilitatis. (4) Subſcriptio non poteſt fieri mit geführter Hand, MENCKEN. §. 7. (d) *ſigilla* quoque mit verzogenen Nahmen non vbique admittuntur, BERGERVS *Elect. Diſcept. forenſ. p.* 237. RIVINVS *tit. VII. Enunc. XXI.* (e)

ſubſcriptio.

ſubſignatio.

(c) Haec quoque clauſula nunc ad ſuperfluas pertinet, O. R. d. T. VII. §. 1. quam inter neceſſarias non pauci referunt. vid. MENCKEN *l. c. §. 9.*

(d) *Qui* ergo *ſcribere nequeunt*, rectiſſime mandatarium *in iudicio* conſtituunt, vbi omnia requiſita, quae in aliis mandatis neceſſaria ſunt, obſeruari debent. Neque vero neceſſe eſt, vt haec conſtitutio fiat coram eo iudicio, vbi lis pendet, ſed in quocunque alio etiam fieri poteſt. Imo etiam coram notario et duobus teſtibus procurator recte conſtituitur. O. R. d. §. 1.

(e) Quamuis ſigillo ne quidem omnino opus ſit, & ſigillum etiam alienum adhiberi queat, ſi ſubiiciatur conteſtatio in Mangelung meines (eines) Petſchaffts, MENCKEN §. *VII.* quam ab ipſo mandante adſcribi debere conten-

Sigillum.

§. VI.

Plures mandatarii.

Si *plures* sint mandatarii, *coniunctim et separatim* samt und sonders constitui eos expedit. Cauendum vero, ne vel coniunctim vel in solidum constituantur. *cap. 6. de Procurator. in 6.* de cuius vsu testatur BERGERVS *Suppl. Tom. II. p. 272.* et MENCKEN *Disput. V. Tit. VII. §. V.* (a)

§. VII.

Actus speciale mandatum requirentes,

Parum sibi fori vsus constat circa *actus speciale mandatum requirentes*, qui nominatim exprimi debeant, si quis per procuratorem eos

---

contendit BERGERVS *Elect. Discept. for. pag. 237.* Iure Nouissimo hac contestatione non est opus, et subsignatio quocunque modo fieri, imo et omitti plane potest. O. R. d. T. VII. §. 1.

6. (a) Sed his subtilitatibus carere possumus in Sax. Elector. postquam O. R. T. VII. §. 3. procuratores, quocunque modo constitutos, et coniunctim et separatim causam agere posse, constituit.

cos expediri velit. Communis Doctorum regula est, non opus esse eo, quoties actus, qui suscipitur, regulariter sine praeiudicio expediri potest. CARPZOVIVS *Proceſſ. Tit. V. Art. II. num. 3.* (a) quam tamen ipsi passim negligunt, dum non tantum actus, qui necessario in quibuscunque fere causis expediendi sunt (b), licet praeiudicii alicuius esse videantur, sine mandato speciali peragi posse tradunt, sed et in aliis saepius speciale mandatum requirunt (c), qui

7. (a) Hinc nec interpositio, nec iustificatio, nec prosecutio leuterationis, vel appellationis, nec probatio vel reprobatio, vel dilationis etiam tertiae et quartae petitio mandatum speciale exigit. vid. DISPVTAT. *de Mandato speciali §. 13.*

(b) Hinc litis contestationem etiam affirmativam, responsionem ad articulos et praestationem guarandae speciale mandatum desiderare negant, sed vid. *dict.* DISSERT. *th. 8. seqq.*

(c) Contra ad reuocationem litis con-

testa-

absque omni periculo poterant expediri. Sed has controverſias ſuſtulit, et qui actus ſine mandato ſpeciali etiam expediri poſſint, qui nequeant, luculenter cavit O. R. T. VII. §. 2. (d)

§. VIII.

teſtationis id requirunt. Ita *Facultas Iuridica Vitembergenſis* pronunciauit *Menſ. Iul. ann. 1712.* Imo et guarandam abſque eo praeſtari non poſſe *Curia Prouincialis Vitembergenſis* cenſuit, teſte BEYERO *ad ff. tit. d. Procurator. poſ. 56. lit. c.*

(d) Verbis: So ſoll ins künfftige genung ſeyn, wenn nur ein und der andere dergleichen Actus exprimiret, und darauf die General-Clauſul, daß der Gevollmächtigte alle Actus, die ein Special-Mandat erfordern, oder der Principal ſelbſt verrichten möchte oder könte, expediren ſolle, mit angehänget worden, und derſelbe alsdenn Citationes anzunehmen, zu erſcheinen, affirmatiue et negatiue litem zu conteſtiren ꝛc. ꝛc. auch ſonſt alle andere Actus iudiciales zu expediren, vor gnugſam legitimiret geachtet werden. Jedoch wollen Wir hiervon die Macht, über die Haupt-Sache zu tranſigiren, liti et cauſae zu renunciiren, Iuramenta zu remittiren,

§. VIII.

Quo pertinet substitutio.

Substituendi potestatem mandatarius non habet, nisi ea mandato expressa sit, (a) multo minus ius vlterius substituendi facultatem substituto dandi (b). Substitu-

 tio-

ren, oder pro praestitis, Documenta pro editis et recognitis zu halten, Copias pro Originalibus zu recognosciren, Gelder, ausser was die Unkosten betrifft, einzuheben, und darüber zu qvittiren, ausgenommen haben, als deren sich ein Mandatarius, wenn er nicht hierzu absonderlich bevollmächtiget ist, keineswegs anzumassen hat.

8. (a) O. R. T. VII. §. 2. Procuratori, si modo aliqui actus, speciale mandatum requirentes, expressi fuerint, et clausula generalis adiecta, potestatem tribuit, ein oder mehr mahl zu substituiren, die Substitutos zu revociren, auch ihnen potestatem vlterius substituendi zu geben. Itaque, quae hoc §. VIII. tradimus, ad eos pertinent, qui iure antiquo vtuntur.

(b) Quod si haec nominatim data sit, substitutus tamen potestatem vlterius substituendi non habebit, nisi expresse substituens illi eam dederit.

tionem reuocandi, et toties quoties id eſt, ſaepius ſubſtituendi poteſtatem ſub iure ſubſtituendi comprehendi probabile eſt. vid. *cit. Diſp. §. 17.* Vſu tamen fori etiam haec exprimi debere contendunt. RIVINVS *Enunc. LI. et LV.* BERGERVS *Suppl. Tom. II. p. 271.* (c). Ceterum *ſubſtitutio morte ſubſtituentis* non *exſpirat.* (d)

§. IX.

An ſinguli exprimendi?

Ceterum *ſingulos actus, qui ſpeciale mandatum requirunt, nominatim exprimendos eſſe*, vulgo quidem traditur, vid. BERGERVS *Elect.*

(c) Contra mandatum de reuocatione ſubſtituti etiam ſubſtituendi facultatem complectitur. *dict.* DISS. *§. 21.* BERGERVS *Elect. Diſcept. forenſ. p. 240. et Suppl. Tom. II. p. 270.*

(d) Nomen haeredum ſubſtituentis in ſubſtitutione exprimi neceſſe non eſt, quia mandatum ad eius haeredes non tranſit: immo nec haeredum principalis vor mich und meines Principals Erben, quia hi iam in mandato continentur.

Elect. Discept. Forens. pag. 253. SCHWENDENDOERFFERVS *ad Fibig. p. 224.* sed sine legum consensu. Imo contrarium euincit *cap. 4. de Procurator. in 6.* quo cautum est, sufficere aliquos actus specialiter commemorare, et his generalem clausulam subiicere, quod etiam ad reliquos, qui non expressi sunt, Procuratoris potestas debeat pertinere. Quod capitulum olim secutos esse *ICtos Vitembergenses* docet ZIGLERVS *Introd. ad Prax. forens. Cap. V. §. XXXIII.* Nunc in vsu id non esse plerique contendunt, *vid.* BERGERVS *loc. cit.* et *Oecon. p. 709.* vt satis tutum non sit, eius auctoritate niti, adde *cit. Dissert. §. 20.* quae, quousque ei in Elect. Sax. per O. R. T. VII. §. 2. restituta sit, iam dicere occupavimus §. VII. Lit. (d) §. VIII. Lit. (a)

§. X.

Quibus modis mandatum extinguatur, referre non est huius *Reuocatio mandati tacita.*

loci (a). *Capituli* tamen *8. d. Procurator. in 6.* facienda eſt mentio, illiusque, quae *de reuocatione mandati tacita* agitata eſt, controuerſiae: Vtrum principalis, qui citra proteſtationem comparuit, mandatum reuocaſſe videatur? Equidem id neque ſimpliciter *dict. cap.* aſſeri (b), nec moribus conuenire putem (c). Tutius tamen agunt, qui

10. (a) *Iure Sax. Elect. Nouiſſ.* poteſtas reuocandi mandatum, eidemque renunciandi, reſtricta eſt. O. R. T. VII. §. 4. *de Iur. Magd. vid.* O. P. *c. 12. §. 10.*

Senſus c. 8. d. Proc. 6.

(b) Addit enim Pontifex limitationes quamplurimas, quae ipſam fere regulam obruunt. *Niſi*, inquit, *quod non animo reuocandi hoc facias, ex aliquibus appareat coniecturis, vt ſi forſan aliquis immineat articulus, in quo tu melius noſti veritatem, aut ſi Procurator ipſe infirmus ſit, vel forſitan ſe abſentet, ſeu quicquid aliud accidit, propter quod ipſi cauſae tua ſit praeſentia opportuna.*

Vſus.

(c) Ipſe BERGERVS *Elect. Diſcept. forenſ. p. 242.* ſcribit: Textum hunc antehac in foris Saxonicis vulgo ignoratum fuiſſe, ante paucos demum

qui proteſtatione litigiis occaſionem praecidunt, aut mandato etiam clauſulam de non reuocando eo per comparitionem perſonalem nominatim inſerendam curant. Qua cautione apud nos non opus eſt, poſtquam huic *cap.* 8. omnem auctoritatem abrogavit O. R. T. VII. §. 5.

§. XI.

Si mandatum aliquo vitio laboret, (a) *de rato cautio* admittitur

Cautio ratio.

mum annos reſuſcitatum. Malim dicere nunquam fuiſſe hoc capitulum receptum. Saltim non video, cur maior eius eſſe auctoritas debeat, quam *cap.* 4. *eod. in 6.* cuius aequiſſimam ſententiam illi ipſi negant vſu fori ſeruari, qui pro auctoritate *cap.* 8. contendunt. Sed & *Id.* BERGERVS *p.* 249. monet conſilii eſſe, vt ea iuris Canonici ſubtilitas publica lege tollatur, *add.* EVND. *Supplem. Tom. II. pag.* 272. et *Oecon. p.* 974. et RIVINVM *Tit. VII. Enunc. LIX. ſeq.* quam, quod diximus, in Sax. Elect. ſuſtulit O. P. R. T. VII. §. 5.

11. (a) O. P. S. T. VII. §. 3. atque hoc per

tur (b), cum qua etiam ſine mandato comparent *perſonae coniunctae*, aliaeque, quae ad ff. recenſentur (c), non tamen ſi actus ſpeciale mandatum requirat. (d)

† ORD. PROC. MAGD. cap. 12. §. 7. c. 13 §. 5. *nec diutius, quam in primo termino.* ORD. REC. d. §. 6.

§. XII.

per O. R. non eſt mutatum. Non tamen de rato cautio admittitur, ſi charta blanca tantum exhibeatur.

(b) Haec autem praeſtanda eſt fideiuſſoribus, vel pignoribus. In poſſeſſore immobilium ſufficere de hypotheca oblationem affirmat BERGERVS *Elect. p. 235.* add. ZIGLERVS *ad Tit. VII.* verb. würckl. *p. 53.* O. R. T. VII. §. 3. hoc caſu tantum promiſſionem requirit, verb. vermittelſt Angelöbniß, eademque iubet, hanc cautionem ad certam quantitatem fieri, auf 10. 20. 30. und noch mehr Thaler. Quod ſi geſta is, pro quo alter comparuit, ratihabere nolit, cautio committitur, et qui cauit in expenſas etiam condemnatur. O. R. d. l.

(c) Iure Sax. Elect. Nouiſſ. (1) Etiam Vitricus pro priuigno et priuignus pro vitrico, O. R. T. VII. §. 3. admitti-

§. XII.

Pupilli comparent (a) vel *cum* tutoribus, *vel per tutores*, (b) vel etiam *per actores* ab iis constitutos, qua- *Comparitio Pupilli, per actorem,*

titur, quos olim cum cautione rati comparere posse negabant, vid. MENCKEN. *l. c. §.* 10. (2) Soluto affinitatis vinculo nec gener pro socero, nec vitricus pro priuigno. conf. MENCKEN. *l. c.* (3) Pro minore etiam, pupillo, foemina, personae coniunctae admittuntur, licet olim eas admitti posse plerique negauerint, ex ea ratione, quod illae personae mandare nequeant, quam sententiam secuti sunt ICti et Scabini Lipsienses, teste MENCKEN. *l. c. §. 12.* et RIVINO *Tit. VII. Enunc. XIV.* sed Vitebergensium opinio praeualuit, de qua vid. BERGER. Tom. II. p. 268.

(d) Atque hoc etiam *Iure Nouissimo* obtinet. O. R. d. §. 3. verb. Weiter nicht, als in Actibus, so kein speciale mandatum erfodern. Quod intelligendum est de actibus illis etiam, quos mandato nominatim inseri necesse non est. Hoc enim innuunt verba, §. 3. wie bißhero, also auch in Zukunfft.

12. (a) Impuberes et minores, qui in pa-

quales hodie etiam dicuntur illi, qui poſt litis conteſtationem et qui a pupillis et tutoribus ſimul dati ſunt. (c) vid. *Tit. IX. Ordin. Proceſſ. Saxon.* §. würden ſie. (d) Exhibent *tutoria* vel *curatoria* et *actoria*, (e) ſi legitimationis exceptio ipſis

patria poteſtate conſtituti ſunt, per patrem, aut mandatarium ab eo conſtitutum, niſi ſpecialis ipſis, ratione bonorum maternorum, aut aliorum, curator datus ſit. vid. O. R. T. IX. §. 1.

(b) Minores cum curatoribus, vel per eos.

(c) Iure Romano enim procuratores illi dicebantur *leg. 11. C. d. Procurator.*

(d) Poſſunt autem tutores et curatores ſoli omnes actus mandati ſpecialis expedire, actores etiam conſtituere, non adhibitis pupillis aut minoribus, licet maiorennitati ſunt proximi. O. R. T. IX. §. 3.

(e) In actorio, vt haeredum tutoris, vel curatoris mentio fiat, non eſt neceſſe. vid. MENCKEN. T. VII. §. 3. hodie nequidem haeredum pupilli, cum per O. R. expreſſio haeredum ad ſuperfluas mandati clauſulas referatur. vid. T. VII. §. 1.

ipſis obiiciatur. (f) Debent autem, ſi *plures tutores* ſint, iure Saxonico Electorali, *ſinguli* comparere, actorio etiam ſinguli ſubſcribere,(g) niſi periculum in mora ſit, quo caſu etiam vnus ſine reliquis admittitur, (h) ita tamen, vt contutores deinde negotium ratihabere, aut nouum actorium dare teneantur. (i)

§. XIII.

Mulieres vel *cum curatore* (a) *Mulieris*, ſe

(f) Expirat autem actorium morte tutoris, vel curatoris, et finita illius tutela vel cura. O. R. T. IX. §. 3.

(g) Scilicet ſi in ſolidum ſint conſtituti, ſecus ſi diuiſis officiis, aut ad certas cauſas. d. T. IX. §. 2.

(h) Quod per O. R. non mutatum eſſe videtur.

(i) Atque haec, quae dicta ſunt, etiam ad curatores abſentium, furioſorum et ſimilium perſonarum pertinent. O. R. T. IX. §. 4.

13. (a) Si plures mulieri curatores vno eodemque curatorio dati ſint, cum vno ex iis ſolo nec comparere, nec actorem conſtituere poteſt: ſecus eſt, ſi

se sistunt (b), *vel per actorem* comparent, qui a fœmina adhibito curatore

si seperatim, aut non in eodem iudicio, aut non eodem tempore constituti sint. O. R. T. VIII. §. 2.

(b) Curator solus in praeiudicium mulieris nihil expedire potest, valent tamen ab eo gesta, quatenus mulieri sunt vtilia, vid. *citat.* DISPVT. *d. Mand. Spec. §. vlt.* vbi *praeiud. iure Sax. Nouiss.* curator pro curanda, maritus pro vxore solus non admittitur, nisi quoad actus, qui sine mandato speciciali expediuntur. O. R. T. VIII. §. 1. Mulier autem sola sine curatore se sistere in iudicio non potest, nisi in causis matrimonialibus, aut si mercatrix sit, in causis mercaturae, atque in his quoque tantum, si tentetur inter partes concordia, bey Pflegung der Güte, non alias, neque in causis aliis, nisi sit in mora periculum; adeo vt nequidem admittatur sola, si vtiliter negotium gerere possit, wenn es zu ihren Besten gereichen könnte. O. R. d. l. §. 3. In fauorem mulieris sustineri actum, quem illa absque curatore sola expediuerit, plerisque olim placuit. vid. RIVINVM *Tit. VIII. Enunc. I. Tit. XVIII. Emunc. XLVI.* quod hodie etiam obtinebit, si alias ex mora periculum sit metuendum.

ratore conſtituitur. (c) *Pro vxo-* *vxoris,*
re agit excipitque valide etiam *ma-*
ritus (d) pro bonorum diſcrimine:

E nam

(c) Atque eius poteſtas morte curatoris aut finita illius cura non exſpirat. BERGER. *Elect. Diſcept. forenſ. p. 289. Diſſent.* RIVINVS *Tit. VIII. Enunc. XXVIII.* BERGERI Sententia praeualuit et O. R. eſt approbata T. VIII. §. 3. Integrum tamen eſt mulieri reuocare actorium, aliumque actorem conſtituere. Qui autem a ſolo curatore actor datus eſt, non poteſt expedire actus, qui mandatum ſpeciale deſiderant, neque amplius admittitur, ſi, qui eum dedit, curator eſſe deſierit. Caeterum mutatio domicilii mulieris neque curatorium, neque actorium extinguit. O. R. T. VIII. §. 2.

(d) Sed et vxor cum marito recte comparet, et actorem conſtituit; niſi praeter maritum alius ei curator in genere datus ſit: hoc enim caſu abſque eo cum marito ſolo actus ſpeciale mandatum requirentes expedire, aut actori committere nequit. Quod ſi iudice, aut aduerſario interrogante, alium ſe curatorem habere neget, geſta cum marito ſolo ſuſtinentur. O. R. T. VIII. §. 1. Solus autem maritus

ſine

nam cautione rati opus eſt, ſi de receptitiis vel paraphernalibus (e) agatur, quam in dotalibus, ne quidem iure Saxonico, requiri tradit MENCKEN. §. *10.* (f)

§. XIV.

Vniuerſitatis per Syndicum.

Vniuerſitas non per ſe comparere poteſt, niſi conſtet ex pauciſſimis perſonis, (a) ſed *Syndicum* conſtituere tenetur. (b) *Exprimi* ſolent in ſyndicatu die Nachkommen, quod tamen neceſſe omnino non eſt.

ſine vxore actus ſpecialis mandati peragere non poteſt. d. §. 1.

(e) Niſi tantum agat ratione vſusfructus ſibi competentis; tum enim cautione non opus eſt.

(f) Sed haec mutata ſunt. O. R. T. VIII. §. 1. quae maritum ſine bonorum diſcrimine, abſque *cautione admittit.* conf. KRAVS. L. I. c. 2. S. 4. §. 31.

14. (a) Diſſ. BERGER. *Oecon. lur.* l. 4. t. 10. th. 1. not. 2.

(b) Sicuti autem vniuerſitates per ſyndicos ita etiam Hüffner, Pferdtner, Coſſathen, Hinterſaſſen und dergleichen per procuratores comparere iubentur. O. R. T. VII. §. 6.

eſt. (c) Sicuti nec *renunciatio* beneficii excuſſionis et diuiſionis *neceſſaria* eſt, niſi in vniuerſitate, quae actoris partes ſuſtinet, quoties a cautione pro expenſis ſe liberare cupit, adeoque hac renunciatione non eſt opus, ſi (1) ciuitas cautionem eam præſtare velit, (2) aut ſi poſſeſſionata ſit, wenn ſie gemeine Güther hat. (d) BERGE-

(c) Quia Syndicatus non exſpirat, licet pars maior vniuerſitatis, imo omnes, qui Syndicum conſtituerant, deceſſerint, aut praediis venditis membra vniuerſitatis eſſe deſierint. O. R. T. VII. §. 6. MENCKEN. *loc. cit. §. 3. Diſſent.* RIVINVS *ad* ORDIN. PROC. SAXON. *Tit. VII. Enunc. XXXI.*

(d) Hodie ne his quidem caſibus renunciatio haec neceſſaria eſt. O. R. d. T. VII. §. 6. imo vniuerſitates, etiamſi immobilia non poſſideant (wenn ſie gleich keine gemeinde Güther haben) a cautione pro expenſis immunes ſunt. *O. R. Tit. 13. in fin.*

RVS *Elect. Discept. Forens. pag. 269.* Cetera alibi traduntur. (e)

SECT. IV.

(e) Nota [1] subscriptionem generalem, e. g. die Gemeinde zu N. non sufficere, sed *singulorum subscriptionem* requiri in vniuersitatibus, in primis minoribus. Nam in ciuitatibus, capitulis, aliquando vsu aliud obtinet, et admittitur subscriptio der Rath zu N. sämmtliche Capitulares des Stiffts zu N. MENCKEN *loc. cit. §. 4.* sed et *sigilli appositio* absque subscriptione. CARPZOVIVS *Lib. III. Resp. IX.* atque ita pronunciarunt *Scabini Vitembergenses anno 1713. Mens. Februar.* Quod et ipsum ad vniuersitates minores e. g. in pagis extendi nequit. [2] Syndicum praeter *Syndicatus instrumentum* etiam exhibere teneri *curatoria* et *tutoria* eorum, qui Syndicatui subscripseruut. vid. BERGER. *Oecon. p. 977.* MENCKEN. *dict. loc. §. IV.* [3] Syndicos etiam in primo termino (bey der Güthe) admitti nomine vniuersitatis, sed instructos esse debere potestate transigendi. O. R. T. I. §. 1.

SECTIO IV.

DE HIS, QVAE IN PRIMO TERMINO AB ACTORE EXPEDIENDA SVNT.

§. I.

Repetitio libelli.

PErgimus ad ea, quae ab *actore* in primo termino peraguntur. Hic vbi comparuit, citationi ſe morem geſſiſſe *ad acta referri curat*, dein poſt fruſtra tentatam concordiam *libellum repetit*, (a) quod in ipſo termino fieri ſatius eſt. (b) Haec repetitio fit *per re-*

1. (a) Si non repetat, perinde habetur, ac ſi plane non comparuiſſet. Sed vid. ſupr. l. 1. c. 2. S. I. §. 4. lit. (a) Non tamen repetitione opus eſt, ſi reus non compareat. vid. O. R. Tit. X. §. 2.

(b) Non tamen neceſſarium omnino, quoties citatio partibus ſpatium aliquot dierum e. g. ſeptiduum, indulget. Quamuis eo quoque caſu tutius ſit, in ipſo termino repetitione libel-

relationem ad libellum, nisi vsus fori integrum eum denuo commemorari exigat, (c) additur petitio, qua a reo *litis contestatio exigitur*, et reseruatio vlteriorum positionum (mit Vorbehalt). (d)

§. II.

Iuramenti delatio. Si iuramentum super libello aut eius parte actor deferre velit, fieri id, dum libellum repetit, potest soletque: quamuis rectius agat, si dum

---

libelli defungi, in primis in Sax. Elect.O.R.Tit.III.§.3. verb. Wenn sie die ersten Sätze in Termino eingebracht.

(c) Vt in Curia Prouinciali Lipsiensi, teste MENCKEN. Disp. V. Tit. V. §. 1. SCHWENDENDOERFFER. *ad Fibig. p. 272.*

(d) Praeterea in prima positione *exprimenda* sunt *clientum nomina*, et si nobiles illi sint, etiam praedia, (die Häuser davon sie sich schreiben) *tutoria* quoque et *curatoria* producenda, alias enim aduocato aut procuratori mulcta dictatur 5. thaler. RIVINVS *ad Ord. Proc. Sax. Tit. VII. Enunc. 1. seq.* add. O.R. Tit. VII. §. 1.

dum libellus offertur, iuramentum ſtatim deferat. (a) Differri vlterius tuto delatio iurisiurandi non poteſt, ne reus pura litis conteſtatione facultatem hanc actori prorſus adimat. (b)

§. III.

Poſtea *contra exceptiones* rei *Replica.* actor *replicat*, triplicat (a), ſi quid *Triplica.*

2. (a) Vid. *infr. C. IV. Sect. I. §. 1. lit. e.* Imo Iure Sax. Elect. Nouiſſ. delatio ſtatim in ipſo libello fieri debet. O. R. T. XVIII. §. 1. Quodſi in termino demum actor iusiurandum deferat, in expenſas condemnatur, et reo nouum deliberandi ſpatium conceditur. d. T. XVIII. §. 1. T. V. §. 9. verb. Nach anderweit vorgehender Ladung.

(b) O. P. S. T. XVIII. §. 1. KRAVS. L. I. C. 2. S. 5. §. 4. Sed hoc immutatum videtur per O. R. T. V. §. 9. quae actori refuſis expenſis iuramentum deferendi poteſtatem tribuit, etiam poſt litem conteſtatam, biß über der Litis conteſtation, und auf den Beweiß rechtskräfftig erkannt.

3. (a) Neque enim plures quam 3. poſitiones ei permittuntur.

circa litis conteſtationem deſideret, *admonet*, ſententiæ tandem ſe ſubmitittit. (b)

§. IV.

Praeſtatio Guarandae.

Guarandam ante Ordin. Recogn. exigente reo *praeſtabat* actu (a) corporali (b) *cauebat* etiam

(b) Atque haec intra ſeptiduum peraguntur, quod in iudiciis etiam inferioribus conceditur, et a partibus prorogari non poteſt. O. R. T. III. §. 3. De computatione illius vid. O. R. T. XXIX. §. 3. verb. Darein die Sonn = und Feyer = Tage nicht zu rechnen.

4. (a) Sola *oblatio*: Will hiermit die Gewehr angelobet haben, *non ſufficere credebatur*, et ne actori quidem poteſtatem adimebat iuramentum deferendi; quamuis reus eam oblationem acceptaret, et pro guaranda realiter praeſtita habere vellet. Ita *Scabini Vitembergenſes anno 1709. Menſ. Septembr.*

(b) *Praeſtita* vero *guaranda actor* libellum *mutare* non poterat, et ne *iuramentum* quidem amplius *deferre*, vid. *infr. c. IV. Sect. I. §. 3.* Add. tamen RIVIN. *tit. 12. Enunc. 7.*

etiam pro reconuentione et expensis. Hodie sublata Guaranda et cautione pro reconuentione, (c) expensarum tantum causa cavet, (d) nisi *possessio immobilium* (e) a cautione eum immunem praestet. Si *fideiussores* et *pignora* deficiant, ad *iuratoriam cautionem*

 admit-

(c) O. R. T. XII. et T. XIII.

(d) d. Tit XIII. atque haec cautio praestanda est auf 30. 50. Thlr. oder auch ein höheres Quantum, d. Tit. Ante O. R. auf 30. oder 50. Gülden. vid. RESOL. GRAVAM. *de anno 1661. Tit.* von *Iustitien*-Sachen *Grauam. 17.* (*de Iure Magd. vid. O. P. M. c. 23. §. 1.* et O. M. R. c. 25. §. 1.) Exigi autem cautio illa debet, antequam citatio emittatur. O. R. T. XIII.

(e) Habentur autem etiam pro possessoribus immobilium vsufructuarii, et qui tabernam (Kram-Laden, oder Apothecken) possident. Sed et qui officio publico funguntur et salario fruuntur (officiales, so in würcklicher Besoldung stehen) atque vniuersitates ab hac cautione immunes sunt. d. Tit. XIII.

admittitur, (f) quae duplex iuramentum, assertorium (g) et promissorium (h) complectitur. Vtrum-

(f) Sed post O. R. hac cautione iuratoria vix opus erit, cum, qui iura pauperum consecuti sunt, ab hac cautione immunes esse videantur, d. Tit. XIII. verb. Wenn sie das Armen-Recht nicht erlanget. Iureiurando tamen, quod a pauperibus praestandum est, O. R. T. I. §. 10. iuratoria cautio fere continetur.

† Add. ORDIN. PROC. MAGDEB. REC. c. 18. §. 7.

Cautio iuratoria.

(g) Assertorium: Daß er keine Caution mit Bürgen oder Pfanden leisten könne.

(h) Promissorium: quod in reconuentione se sistere, et expensas, si possit, praestare velit, MENCKEN. *Tit. XIII.* §. *XI.* licet cautionem de expensis omitti censeat RIVIN. *tit. 13. en. 26.* Formulam vid. ap. BERGER. *in Elect. p. 427.* Ad vtrumque admittitur etiam absque demonstratione paupertatis. ORD. PROC. *tit. 13.* vnde nec iura pauperum per hoc iuramentum consequitur, vt puta quae non conceduntur absque qualicunque paupertatis probatione.

trumque tamen non exigitur, ſi vel poſt rem iudicatam aliam cautionem praeſtandi occaſio ſubnaſcatur. (i)

SECT. V.

DE REO, QVI EXCIPIT, ET DE CONTVMACIA REI, LITEM NON CONTESTANTIS.

§. I.

VBi actor libellum repetiit, *reus exceptiones* ſuas *opponit*, non quidem peremtorias, niſi ſint *litis ingreſ-* *Oppoſitio exceptionum.*

(i) Confer. D. HORNIVS *Diſſertat. de hoc argumento.* RIVINVS *Tit. 13. En. 24.* Si velit tamen actor iuratoriam cautionem praeſtare, admitti ad eam poterit, licet deinceps fideiuſſores inuenerit, quia iuramentum retrotrahitur ad tempus ſententiae latae. SCHWENDENDOERFFERVS *ad Fibig. p. 289.* quamuis ſatius

ingreſſum impedientes (a) et in continenti liquidae (b), (alias enim poſt litis conteſtationem reiiciuntur) (c), ſed *dilatorias*, veluti termini

tius ſit, hoc caſu per fideiuſſores cauere. vid. KRAVS. *l. 1. c. 2. S. 5. §. 6.* In Electorali Saxon. haec et quae lit. (g) et (h) dicta ſunt hodie vſum fere non habent. vid. lit. (f).

1. (a) E. gr. rei iudicatae, tranſactionis *etc.* Hae opponi poſſunt iure Canonico ante litis conteſtationem, etiamſi non ſint in continenti liquidae; non iure Saxonico. WERNHER. *P. I. Obſ. 43.* add. O. R. Tit. XI. §. 1.

(b) Etiamſi ſint *negatiuae*, e. g. non adimpleti contractus, non numeratae pecuniae, excuſſionis, Senatus Conſulti Macedoniani. Quamuis enim onus probandi in aduerſarium reiiciant, ante litis conteſtationem tamen, niſi in continenti ſint liquidae, vix admittuntur. Sed et quae Append. O. R. §. 4. et §. 8. conſtituta ſunt de exceptione non numeratae pecuniae et non adimpleti contractus, ad Proceſſum executiuum pertinent, non ad ordinarium.

(c) Formula: daß er ꝛc. ſub poena confeſſi et conuicti etc. es bleibet ihm aber

mini anguſti, libelli non rite formati, primae inſtantiae, etc.

§. II.

Debent autem omnes *exceptiones dilatoriae in primo termino opponi*, quod *Deciſio Elect. XIV.* et vſus fori ante O. R. ita explicauit, vt, *poſtquam reus ſub poena confeſſi et conuicti litem conteſtari iuſſus eſſet* (a), *exceptiones dilato-*

Dilatoriae omnes ſtatim opponendae.

aber nach geſchehener litis conteſtation die vorgeſchützte exceptiones gebührend an- und auszuführen unbenommen. Sed ſi vel maxime haec reſeruatio omiſſa ſit, exceptiones tamen tanquam litis ingreſſum impedientes oppoſitae litis conteſtationi annecti poſſunt. Hodie huic reſeruationi non facile locus erit, cum reus, qui euentualiter litem non conteſtatus eſt, pro confeſſo ſtatim et conuicto habeatur. Itaque conſultum eſt, exceptiones litis ingreſſum impedientes, ante L. C. oppoſitas, poſt eam repetere, et litis conteſtationi ſubiicere.

2. (a) Vnde adhuc in ſecundo termino admittebantur, (1) ſi reus iuſſus litem

latoriae amplius *haud admitterentur ;* in *impedimenta legitima autem condemnato*, his probatis, *ius exceptiones dilatorias opponendi* ſaluum erat. ZIGLER. *ad Tit. XI. verb.* im erſten *Termin. p. 76.* (b) Nunc vero haec mutata ſunt, et rigor priſtinus reuocatus in vſum per Ord. Rec. Tit. XI. §. I. (c)

§. III.

tem conteſtari, ſed *abſque commination*e, (2) ſi ſub poena confeſſi et conuicti *reſpondere*, (ſich einzulaſſen und zu antworten) ſed non litem conteſtari. Vid. *L. II. C. I. §. 3.* (3) Si ſententia comminatoria nondum in rem iudicatam tranſierat ; vnde leuteratione interpoſita in termino proſecutionis adhuc excipi poterat. MENCKEN. *ad Tit. XI. §. 4.*

(b) Hoc hodieque obtinet, ſed in ſolo deſertionis et bannitorio Proceſſu.

(c) Nimirum cum hodie reo, in prima ſtatim citatione, litis conteſtatio, ſub poena confeſſi et conuicti, iniungatur, ceſſant illae limitationes, quas lit. (a) n. 1. et 2. commemorauí, niſi forte citatio ſpatium integri termini Sax. aut comminationem, quam di-

xi

§. III.

Hae *exceptiones* ſunt vel declinatoriae, vel dilatoriae in ſpecie ſic dictae. *Declinatoriae*, quibus id agit reus, vt plane coram hoc iudice ſe conueniri non poſſe oſtendat, veluti fori incompetentis, primae inſtantiae, praeuentionis, &c. (a) *Declinatoriae.*

† *Has ſtatim poſt acceptam citationem in ſcriptis opponi, tumque a iudice aut terminum reuocari idque actori nunciari, aut reo comparitionem denuo iniungi, nec contumacem amplius audiri iubet* ORDIN. GENER. de emend. re iudic. §. 35.

§. IV.

xi, non contineat. Leuteratione vero, vel appellatione interpoſita, exceptiones ante non oppoſitae vrgeri nequeunt. O. R. T. XI. §. I.

3. (a) Hae, ſi ſint notoriae, aut liquidae in continenti, per literas opponi etiam poſſunt, et, ſi ratio earum non habita fuerit, Leuteratione vel Appellatione interpoſita vrgeri.

§. IV.

Dilatoriae in ſpecie.

Dilatoriae in ſpeciae tales ſunt, quibus non tam iudicio ſe ſubtrahere, quam intentionem actoris remorari reus ſtudet, e. g. cautionis nondum praeſtitae, legitimationis, termini anguſti, libelli non rite formati etc. vid. omnino RIVINI *Specimen exceptionum dilatoriarum.*

§. V.

Euentualis lit. conteſt.

His exceptionibus *in euentum*, ſi aut actor eis ſatisfecerit, aut iudex eas minus idoneas cenſuerit, *litis conteſtatio ſubiungi debet. Part. I.* CONSTITVT. ELECT. III. ORD. PR. SAX. *Tit. XI. pr.* et quidem *ſtatim* in prima (a) vel ſecunda (b) poſi-

5. (a) Iure nouiſſimo reus poſt oppoſitas exceptiones dilatorias, ſtatim in primo termino, atque in prima, aut ſecunda poſitione, ſub poena confeſſi et conuicti, litem conteſtari iubetur O. R. T. XI. §. 1. T. XVI. §. 1.

(b) In tertia poſitione facta attendi non debet: quamuis, ſi vbique recte ſe habeat litis conteſtatio, iudices quandoque

poſitione (c): quo ipſo tamen nec exceptionibus dilatoriis renunciat reus, (d) nec actori facultatem adimit iusiurandum deferendi: (e)

F Quod

doque eam non negligere ſoleant. vid. MENCKEN. *Tit. XI. §.* 5. STRYCKIVS *de Litis Conteſt. Euent. §.* 20. Iure nouiſſimo in tertia poſitione Litis Conteſtatio fieri nequit, emendari poteſt. O. R. T. XVI. §. 1.

(c) Inde colligas, etiam eum, qui ſub poena confeſſi et conuicti reſpondere iuſſus eſt, in termino ſecundo in poſitione ſecunda adhuc litem conteſtari poſſe, nec praeciſe teneri in ipſo die termini, aut prima poſitione litem conteſtari, atque ita pronunciauit Ordo Iuridicus Vitembergenſis anno 1713. Menſ. Mart. Hodie prima ſtatim citatio apud nos reo Litis Conteſtationem, ſub poena confeſſi et conuicti, iniungit.

(d) Habenda enim eſt illarum ratio iudici, etiamſi reus litem conteſtatus ſit, quas, ſi ille non attendat, rationes decidendi ſententiae ſubiicere iubetur. O. R. T. XI. §. 1.

(e) Quousque iure nouiſſimo iusiurandum deferendi poteſtas actori competat, apparet ex O. R. T. XVIII. §. 1.

Sententia commina-toria.

Quod si id negligat et euentualem litis conteſtationem omittat, ſub poena confeſſi et conuicti reſpondere iubetur et in expenſas etiam termini condemnatur. (f)

§. VI.

Caſus, vbi ea ceſſat,

Illam tamen poenam (a) *non* incurrit, *ſi* exceptiones *declinatorias*,

† ORD. PROC. MAGD. *Rec. cap. 27. §. 1.*

easdemque admodum *probabiles*, *oppoſuerit.* (b) *Ord. Proc. Sax. Tit. XI.* cui per *Reſol. Grauam.* non videtur eſſe derogatum, ZIGLER. *Tit. XI. verb.* ſo anſehnliche. *p. 78.* (c) *aut litis ingreſſum impedien-*

(f) Iure nouiſſimo reum in reſpondendo contumacem ſtatim pro confeſſo et conuicto haberi, dixi §. 3. lit. (c). vid. O. R. T. XI. §. 1.

6. (a) In primis quod ad expenſas attinet.

(b) RIVINVS *Tit. XI. Enunc. V.*

(c) Imo nec per O. R. cum ea exceptiones has, ſi ſint notoriae, aut in continenti probari poſſint, etiam in ſcriptis opponere permittat.

pedientes, vel dilatorias etiam ſimplices nonnullas, vt *inepti libelli, termini anguſti.* (d) Secus obtinet ſi per exceptiones oppoſitas ab actore legitimatio aut cautio poſtuletur; hoc enim caſu licet cautio vel legitimatio actori per ſententiam iniungatur, reus tamen nihilominus in expenſas condemnari, Litisque Conteſtatio ei ſub comminatione ſolita mandari ſolet. (e)

vbi locum habet.

(d) Modo, vt diximus, ſint admodum probabiles, vid. STRYCKIVS *d. Litis Conteſt. euentual. §. 15.* Iure nouiſſimo contumaciae poenam vix euitabit reus, ſi exceptionibus litis ingreſſum impedientibus, aut dilatoriis, reſponſionem non ſubiungat. O. R. T. XI. §. 1. Si tamen libellus adeo ineptus ſit, vt nulla ratione ſuſtineri poſſit, aut citatio ſpatium Saxonicum non contineat, reus pro conf. et conu. haberi nequit.

(e) Sed et hodie hoc caſu a poena contumaciae vix liberabitur.

§. VII.

Contumacia post comminatoriam.

Iussus sub poena confessi et conuicti respondere, *si* porro per contumaciam *litem contestari detrectet, pro confesso et conuicto habetur*, secundum ea, quae supra diximus *Sect. 2. §. 4.* Non tamen si sententia comminatoria alia a partibus ante praestari velit, quo vsque illa nondum sint praestita, (a) nec si spatium Saxonicum reo in citatione integrum concessum non fue-

7. (a) E. g. si actor guarandam praestare, reus vero sub poena confessi et conuicti litem contestari iussus sit: quo vsque enim actor guarandam non praestitit; reus pro confesso haberi nequit, sed pronunciatur: Daß Klägers Suchen noch zur Zeit nicht statt hat, es ist aber ꝛc. RIVINVS *Tit. XI. En.* 22. imo ne in expensas quidem eo casu reum condemnari posse contendit BERGERVS *Suppl. Tom. II. p.* 311. *sqq.* Sed haec apud nos hodie vix vsum habent, cum prima statim citatio comminationem conf. et conu. contineat.

fuerit, (b) ſicuti nec rigor ille obtinet, quoties ſub poena confeſſi et conuicti reſpondere iuſſus in prima die termini aut prima poſitione litem non conteſtatur, cum id quidem nulla lege a reo exigatur. vid. §. *praec. 5. lit. b.* (c)

§. VIII.

Lit. Conſ. vitioſa poſt comminatoriam.

Si poſt ſententiam commina-toriam *litem*, ſed *minus recte*, *conteſtetur*, alii pro confeſſo et conuicto eum habent, (a) alii denuo reſponſionem ſub comminatione repetita atque cum expenſis iniungi debere volunt. (b) Vtrique puto minus recte. Nam quoad

(b) Hoc caſu tamen ſolet in expenſas condemnari.

(c) Quid hodie his caſibus obtineat, iam dicere occupauimus, add. O. R. T. XVI. §. 1.

8. (a) SCHWENDENDOERFFERVS *ad Fibig. p. 524.* et RIVINVS *Tit. XVI. En. XI.* BERGERVS *Oecon. pag. 1043. not. 7.*

(b) Vid. BERGERVS *Elect. pag. 478.* MENCKEN. tit. XVI. §. 10.

illa capita tantum, ad quae non rite litem conteſtatus eſt, pro confeſſo haberi debebat reus, non aeque quoad illa, ad quae congrue reſpondit. Atque ita reſponderunt *ICti Vitembergenſes an. 1709. Menſ. Octobr.* eandemque ſententiam confirmauit O. R. T. XVI. §. 1. verb. nicht wegen der gantzen Klage. Conf. HORNIVS *d. Proc. Summar. ex §. 8. Reſ. Grav. §. 46.*

§. IX.

Probatio exceptionum dilatoriarum,

Sed de ipſa Litis Conteſtatione in *ſeq. Sect.* agemus, de exceptionibus *dilatoriis* adhuc pauca dicenda reſtant. Vulgo tradunt, eas non modo ante litis conteſtationem allegari, ſed et probari a reo debere. Verum pleraeque *probatione non indigent*, vt negatiuae, et illae, quibus ab actore aliquid praeſtari poſtulamus. *Litis ingreſſum impedientes* non admittuntur, niſi in continenti *ſint liquidae*. Vitia libelli citationisue indi-

litis ingreſſum impedientium,

indicari ſatis eſt; *declinatoriae* quoque qualemcunque demonſtrationem tantum exigunt, (a) in primis cum competentia vel incompetentia iudicis plerumque ſit notoria. Itaque *vix* eſt, vt *vnquam probatio* exceptionum *dilatoriarum* aut ſuſcipiatur, aut *permittatur.* (b) *declinatoriarum.*

9. (a) Memini tamen, cum *exceptionem litis pendentiae* reus opponeret, eius probationem ei iniunctam fuiſſe. Quamuis ſatius videatur negligi has exceptiones, ſi ſint turbidae, quam ambages proceſſuum per probationes et reprobationes exceptionum, ante litis conteſtationem inſtituendas, remorari.

(b) Poſt O. R. T. XI. §. 1. dilatoriarum, declinatoriarum et litis ingreſſum impedientium exceptionum ratio non habetur, niſi ſint liquidae, adeo vt nec iuramenti delatio ſuper iis locum habeat, nec ad earum probationem actor admittatur.

§. X.

Exceptio ſpolii.

Singulare eſt, quod circa *exceptionem ſpolii* cauet *Ord. Proc. Sax. Tit. XI. §.5.* (a) eam ſiue ante, ſiue poſt litis conteſtationem oppoſitam, intra 15. dies *probari debere*, qui terminus currere incipit, ex quo ſententia, quae probationem iniungit (b), in rem iudicatam tranſiit. ZIGLERVS *ad dict. Tit.*

10. (a) De abuſu huius exceptionis dictum eſt Diſſ. d. except. ſpol. in foro Sax. vſu. O.R. T. XI. §. 3. huic rei medelam attulit, qua cautum eſt, exceptionem ſpolii non in quacunque parte iudicii, neque ante Litis Conteſtationem, ſed tantum poſt eam, tanquam peremtoriam, opponi et probari debere. Salua tamen eſt ſpoliato actio ſpolii, in qua, ſi obtinuerit, exceptionem ſpolii ex re iudicata reo in omnibus cauſis obiicere, atque, antequam ille ſententiae ſatisfecerit, earum proſecutionem declinare poteſt.

(b) *Iuramentum* ſuper ea deferri poſſe, affirmant *Vitembergenſes*, negant *Lipſienſes*, vid. RIVINVS *Tit. XI. En. 42.*

Tit. Verb. innerhalb 15. Tagen *p. 80.* (c) Sufficit autem intra 15. dies tantum ea expedire, quae alias intra terminum Saxonicum peraguntur, RIVINVS *Enunc. 48.* Reprobatio eodem tempore peragi debebat, ſed hoc ita explicant, vt demum a tempore, quo articulos probatoriales actor obtulit, ſpatium 15. dierum reo currere incipiat. vid. BERGERVS *Elect. p. 360.* (d) Caueat autem, qui de ſpolio excipit, ne exceptionis terminos excedat, alias enim ne-

 gligi

En. 42. MENCKEN. *loc. cit. §. 12.* Vitembergenſium ſententiam, quod ad actionem ſpolii attinet, confirmauit O. R. l. c.

(c) Haec, quae de probatione ſpolii conſtituta ſunt, hodieque inſtituta ſpolii actione, apud nos vſum habent.

(d) Tutius tamen agit, qui intra 15. dies articulos reprobatoriales offert. vid. RIVINVS *loc. cit. En. 46.* MENCKEN. *loc. cit. §. XI.*

gligi solet eius petitio, (e) quamvis hic merito desideres amicam iustitiae simplicitatem.

SECTIO VI.

DE LITIS CONTESTATIONE.

§. I.

Litis Cont. sit

PErgimus ad *Litis Contestationem*, quae est rei ad libellum acto-

(e) Nimirum qui exceptionem spolii opponit, debet petitionem eo dirigere, daß, ehe und bevor Kl. ihm das N. Spolium restituiret, er mit ihm in dieser Sache sich einzulassen nicht schuldig. Quod si petat: daß Kl. vor allen Dingen das spolium zu restituiren schuldig, exceptio haec negligitur, atque ita pronunciauit *Facultas Iuridica Vitembergensis anno 1711. mens. Sept.* conf. MENCKEN. *ad Tit. XI. §. 10.* Quamuis, si verum fateri velimus, vtriusque formulae ob verba, vor allen Dingen, eadem sit sententia. add. RIVINVS *Tit. XI. En. 33.*

actoris ſolemnis reſponſio. Haec iure Saxonico *debet eſſe* I) *ſpecialis* (a) ad ſingula libelli capita directa, (b) quod intelligo de iis, quae ad facti ſpeciem pertinent; *1. ſpecialis.*

† ORD. PROC. MAGD. RECOGN. cap. 28. §. 1.

quamuis vulgo etiam concluſioni contradicant. Generalem videas plerosque contradictionem ſpeciali Litis Conteſtationi ſubiicere, ſed id quoque ſuperfluum eſt et inane.

§. II.

---

1. (a) Si tamen plures ſint *litis conſortes*, et vnus rite reſponderit, reliquos litis conteſtationi generaliter *adhaerere ſufficit*. Sed et in reſponſione ad articulos, ſuper quibus iuramentum delatum eſt, generalem reſponſionem (negiret den 1. und 2. articul) admittere ſolent; quamuis ſatius ſit ad ſingula articulorum capita reſpondere.

(b) Vid. O. R. T. XVI. §. 1. verb. Von punct zu punct, auch da in einem puncte unterſchiedene Umſtände enthalten, auf ieden beſonders, ſub poena conf. et conu.

§. II.

2. *clara.* (II.) Litis Conteſtatio debet eſſe *perſpicua* et clara: vnde non admittuntur verba dubia, ſtellet es dahin, kan wohl ſeyn, zweiffelt, vid. ZIGLERVS *Tit. XVI. verb.* und dunckler *Lit. Cont. p. 104.* kan ſich nicht erinnern, MENCKEN. *Tit. XVI.* §. 8. Sed vtendum eſt verbis claris, vt puta in factis propriis: *affirmat*, *negat*, in factis alienis: *credit*, *non credit*, (a) vt ne verbum quidem *neſcit*, cenſores rigidiores admittant. (b)

§. III.

3. *adaequata.* (III.) *Libello adaequata*; vnde *non* ferunt *appendices*, (a) RIVINVS

2. (a) In his tamen verba: *affirmat*, *negat*, etiam recte adhibentur.

(b) *In primis* in factis propriis, imo vix etiam in alienis, niſi ſint antiqua et incerta. Interim ſi partes vitia litis conteſtatiouis non vrgeant, non raro huiuſmodi ambigua verba iudices admittunt, et in ſenſum commodum interpretatione flectunt.

3. (a) O. P. T. XVI. verb. Ohne Anhang.

NVS *Tit. XVI. En. 9.* captioſasque *coniunctiones*, (b) aut *diuiſiones* capitum libelli: nec *exceptiones* Litis Conteſtationi *immiſceri*, illamue per commemorationem ſpeciei facti *interrumpi* fas eſt. (c) Interim ſi libellus captioſe compoſitus ſit, vna propoſitio in plures reſolui, et ad ſingulas ſeparatim reſponderi poteſt. (d)

§. IV.

(IV.) Litis Conteſtatio debet fieri *tempeſtiue*, i. e. vt diximus *Sect. praec. §. 5.* in prima vel ſecunda poſitione. (a) In tertia facta regulariter 4. *tempeſtiua.*

non

(b) O. R. d. T. §. 1. verb. Auf iede beſonders.

(c) Subiungi autem Litis Conteſtationi haec poſſunt, oppoſita exceptione rei non ſic, ſed aliter geſtae.

(d) E. g. Daß Bekl. das heimlicher Weiſe gethan, vel, er habe das vorm Jahre gethan.

4. (a) Et quidem hodie ſtatim in primo termino ſub poen. conf. et conu. O. R. d. T. §. 1.

non attenditur, *emendari tamen* in vltima positione *possunt*, quae in prioribus quis minus congrue respondit. (b) RIVINVS *Tit. XVI. En. 17.*

§. V.

L. C. vel pura vel euentualis,

Litis Contestationem esse vel *puram*, vel conditionalem seu *euentualem*, supra monitum fuit. Porro diuiditur in *affirmatiuam* et *negatiuam*.

vel affirmatiua,

Affirmatiua est vel *simplex* (a), vel exceptionibus munita seu *qualificata* (b). Vtraque *speciale mandatum*, vt vsus fori fert, *non requirit*. vid. tamen DISPVT. *d. mandat.*

(b) Etiam eo casu, quo sub poena confessi et conuicti respondere iussus est. O. R. loc. cit.

5. (a) Quam recte negant esse litis contestationem. Sequitur eam condemnatio cum expensis.

(b) Formula pronunciandi: Dieweil Bekl. auf die erhobene Klage geantwortet, und solcher allenthalben geständig, darneben aber unterschiedene exceptiones vorgeschützet; So ist er dieselben ꝛc.

dat. ſpecial. §. 8. 9. *Negatiua* eſt vel *mere talis*, vel *mixta*, quae in formulis pronunciandi accurate diſtinguuntur. (c) *vel negatiua.*

§. VI.

An ea licita?

Sunt, qui negant, aduocatum negatiue litem conteſtari poſſe, quoties ſcit, rem ita, prout actor aſſerit, ſe habere, ZIGLERVS *ad Tit. XVI. p. 104.* et *Rabuliſt. Them. 3. c. 11. p. 113.* ſed cum, qui affirmatiue litem conteſtatur, partes rei deteriores, actoris meliores faciat (a), *non* putarim, *quenquam*

(c) Si mere negatiua ſit, pronunciatur: Dieweil Bekl. ꝛc. und ſolcher allenthalben nicht geſtändig: So iſt Kl. den Grund derſelben zu erweiſen; in mixta: D. B. a. d. e. k. g. und ſolcher nicht allenthalben, ꝛc. et poſtea: den Grund derſelben, und ſo viel ihm daran verneinet, ꝛc.

6. (a) Nam poſt Litis Conteſtationem affirmatiuam [I] reo iniungitur probatio exceptionum, actori permittitur reprobatio. [II] actori iuramenti delatio conceditur, quae olim reo non

quam ad Litis Conteſtationem affirmatiuam, niſi lex eam imperet, obſtringi. (b)

§. VII.

Poena' inficiationis.

Aliquando tamen *cauendum* ſedulo eſt *a Litis Conteſtatione negatiua.* Nimirum *quoties inficiationis poenae* in iure *conſtitutae* ſunt, (a) vt in actione depoſiti miſerabilis (b), et ex teſtamento a pia cauſa inſtituta, in caſu *leg. fin. ff. de Rei Vind.* (c) et quoties ſuper actione

non competebat, niſi reſeruata. add. Diſſert. de Lit. ambag. recid. §. 21.

(b) Vid. O. R. T. XVI. §. 2.

7. (a) Iure nouiſſimo aduocatus in poenam 5. thal. incidit, vel a praxi etiam ſuſpendi poteſt, ſi neget ea, quae ſunt notoria, et ſaluo pudore negari nequeunt.

(b) Vbi tamen poena dupli locum non habet [I] Si reus per teſtes aut documenta conuinci non poſſit, ſed iuramentum ei delatum ſit. [II] Si non ipſum factum, ſed tantum certae circumſtantiae negentur.

(c) Hanc tamen legem vſu fori attendi.

ne *iuramentum delatum eſt.*
(d)

§. VIII.

Litis conteſtationi annectuntur exceptiones perentoriae, adeo, vt, quae omiſſae ſunt, in reprobatio- *Except. peremtoriæ L. C. annectendæ.*

di, negant *Lipſienſes.* vid. BERGERVS *Suppl. Tom. II. p. 397.* ob ſublatas forte interrogationes in iure. O. R. T. XVI. §. 3. hanc, aliasque inficiationis poenas, reuocauit in vſum, easque locum habere conſtituit ſine diſcrimine, ſiue reus ipſe in iudicio, ſiue per procuratorem comparuerit.

(d) Alias enim, qui litem negatiue conteſtatur, et poſtea iurare nequit, amittit exceptiones peremtorias, ſecundum ſententiam Collegiorum *Vitembergenſium.* BERGERVS *Tom. II. Suppl. p. 386. ſeqq.* Lipſienſes contra negant inficiationem hoc caſu reo nocere, quod lex deficiat, quae exceptionum amiſſione inficiantem multet. O. R. d. T. §. 3. priorem confirmauit ſententiam, ita tamen, vt exceptiones reo ſaluae ſint, ſi iurare poſſit, ſe tempore Litis Conteſtationis, quae negauit, ignoraſſe.

nem deduci nequeant. (a) Vtuntur tamen non raro exceptionibus generalioribus rei non ſic ſed aliter geſtae, non competentis actionis etc. quamuis non cautus ſatis ſit, qui ſpeciales exceptiones his generalibus ſe comprehendere poſſe exiſtimat (b). Saltim actor iure poſtulabit,

8. (a) Niſi poſt Litis Conteſtationem demum enatae fuerint, aut ad allegantis notitiam peruenerint, idque is iureiurando confirmet. O. P. S. T. XI. §. 10.

(b) Nam non raro illae *ſpeciales exceptiones*, quae nominatim oppoſitae non fuerunt, *haud attenduntur*. Et recte quidem: quia actor eas praeuidere, et articulos eliſiuos eo dirigere non potuit. Atque hoc inprimis in Sax. Elect. obtinet, poſtquam O. R. T. XI. §. 4. cautum eſt, exceptiones generales, *non competentis actionis, rei non ſic, ſed aliter geſtae, ſolutionis*, etiam et *compenſationis* etc. non attendi debere, niſi reus, qui eas Litis Conteſtationi adiecit, earum cauſas paucis et perſpicue expoſuerit.

labit, nouam ſibi contra exceptiones has improuiſas reprobationem dari, (c) ſiquidem illas ſub generalioribus latere, præuidere non potuit.

CAP. III.

DE IIS, QVAE FIVNT POST LITIS CONTESTATIONEM, IN PRIMIS DE PROBATIONE PER TESTES ET DOCVMENTA.

SECT. I.

DE TERMINO PROBATORIO ET DILATIONIBVS.

§. I.

SI litem negatiue (a) reus conteſtatus

Probationis iniunctio.

(c) Quae nec ei deneganda eſt, ſi exceptiones nouae, poſt oblatos iam articulos probatorios, a reo opponantur, vid. O. P. T. XI. §. fin.

1. (a) Sin affirmatiue, reo iniungitur probatio exceptionum.

ſtatus ſit, *actori probatio* (b) *iniungitur* per interlocutoriam ſententiam. (c)

§. II.

Fatale prob. inchoandæ.

Huic *probationi inchoandæ conſtitutum* eſt *fatale 6. Sept. & 3. dierum* (a), etiamſi ſententia non ſit expreſ-

(b) Niſi iuramentum reo delatum fuerit; de quo *Cap. ſeq.*

(c) Contra ſententiam, quae probationem ingungit, leuteratio omnino non locum habet, neque appellatio facile admitti debet. O. R. T. XX. §. 2.

Exceptiones.

2. (a) Etiam iure Saxonico communi. Ad *probationem* tamen *iuris braxandi* ſpatium *duorum menſium* conceditur. Lands-Ordnung *de anno 1555. Tit.* brauen, ſchencken, §. da ſich aber. BERGERVS *Elect. pag. 641. ſeq. exceptio ſpolii intra XV. dies, fundamentum diffamationis intra Terminum Saxonicum duplicatum* olim probandum erat. Quid hodie circa exceptionem et actionem ſpolii obtineat, dictum eſt L. I. C. 2. S. 5. §. 10. De proceſſu diffamatorio L. II. exponemus, add. O. R. T. V. §. 5. verb. Nicht in gedoppelter, ſondern nur ordentlicher Sächſiſcher Friſt.

expreſſum, RIVINVS *Tit. XX. En. I.* MENCKEN. *dict. Tit.* §. 4. (b). Hoc incipit currere, *ex quo ſententia*, quæ probationem iniungit, *in rem iudicatam* (c) *tranſiit. Ordin. Proc. Saxon. Tit. XX.* §. 1. (d) modo ſententia ſimpliciter

 actori

(b) *Secus* obtinuit in der Beſcheinigung, Vid. *lib. 2. c. 1. §. 5. lit. a.*

(c) Etiamſi forte quoad alia capita per leuterationem ſuſpenſa ſit.

(d) E. g. *poſt appellationis renunciationem*, HORNIVS *Cl. II. Reſp.* 64. vel *reiectionem*, vbi tamen fatale probationis non currere, niſi *poſt decendium* a die *publicati reſcripti reiectionis*, monet BERGERVS *Oeconom. p. 1080. not. 3.* Quod *ſi ſententia*, quae probationem iniungit, per ſententiam in Appellationis inſtantia latam *confirmetur*, Terminus Saxonicus non demum poſt remiſſionem actorum *currere incipit*, ſed ſtatim, *ex quo* ea ſententia *tranſiit in rem iudicatam*, qua de re vid. BERGERVS *Suppl Tom. II. p. 439.* et MENCKEN. §. 5. Hodie contra eiuſmodi ſententiam interlocutoriam Appellatio non facile admittitur. O. R. T. XX. §. 2.

actori probationem iniunxerit, nam si quaedam antea expediri iusserit (e), fatale hoc currere negant, antequam illa rite sint peracta (f).

§. III.

Articuli probatorii.

Intra hunc terminum *actor articulos offerre tenetur* (a), sine quibus

(e) E. g. Daß Kläger vor allen Dingen sich zu legitimiren schuldig, ꝛc.

(f) Quod vsus fori etiam profert ad casum, quo ipsi actori aliquid iniunctum est, v. g. praestatio cautionis, quamuis iuris rationi vix conueniat, actori moram ab ipso admissam prodesse. Sed iure nouissimo haec mutata sunt, et fatale probationis statim currit ex tempore rei iudicatae, licet nondum satisfactum iis sit, quae illa sententia desiderabat. Sane si legitimatio ad causam, aut in actione negatoria, dominii demonstratio iniuncta sit, terminus probatorius non procedit, nisi post legitimationem, aut finitam demonstrationem. O. R. T. XX. §. 1.

3. (a) Haec oblatio a mandatario absque speciali mandato fieri potest, imo et ab aduocato Principalis nomen subscriptum

bus ſolemnis probatio nequit peragi, articulis *nomina teſtium ſubiicere*, eorundemque *directorium*. Si *per documenta* probatio inſtituatur, *copiæ* addi debent; (b) *ſi iuramentum deferat* actor, quod *ſuper articulis eliſiuis* ei integrum eſt, *delatio* articulis *ſubiicienda*. (c) Accedit imploratio iudicis, qua, dum offert articulos actor, *citari petit reum ad videndum iurare* teſtes et danda *interrogatoria*, aut ad *recognitionem* documentorum, vel *reſponſionem* ad articulos, ſuper quibus iuramentum delatum eſt, item teſtes ad teſtimonium dicendum &c. (d)

ſcriptum eſſe ſufficit. RIVINVS *Tit. XX. En. 41.*

(b) Vid. O. R. T. XXIV. §. 1.

(c) Vid. O. R. T. XVIII. §. 2. add. tamen *infr. Cap. IV. Sect. 1. §. 7.*

(d) Omiſſio autem implorationis ſpecialis non efficit, vt probatio deſerta habeatur. RIVINVS *En. 82.* add. O. R. T. XX. §. 7.

§. IV.

Prudenter formandi.

In articulis rite *formandis* magna pars prudentiæ aduocati versatur, *ne ſuperflua probare ſuſcipiat*, quae reus confeſſus eſt, quae iuris ſunt, quae negatiuam continent (a), quae ad concluſionem libelli pertinent, *ne neceſſaria negligat*, quae ad facti ſpeciem faciunt, aut ad eliſionem exceptionum oppoſitarum; tum vt probe attendat, quae vis probandi documentis inſit, quid de teſtibus ſperare poſſit, et debeat, ne, ſi nihil probauerit, cauſa cadat, et expenſas etiam reſtituere cogatur.

§. V.

Dilationis petitio.

Si intra terminum Saxonicum articulos conficere et offerre impediatur, dilationem petat actor; quam

4. (a) RIVINVS tamen ad *Ord. Proc. Sax. Tit. XX. En. 118.* contendit eum, qui in negatiua ſe fundat, ſi probatio ipſi actionis iniungatur, eam omnino probare teneri.

quam a prorogatione differre, ſunt qui cenſeant, vid. SCHOEPFFERVS *ad ff. Tit. de fer. n. 15.* et hanc termino iam elapſo, illam termino adhuc currente concedi ſtatuant. Apud nos (a) plerumque promiſcue haec vocabula accipiuntur, et *elapſo termino* (b) *nec dilatio nec prorogatio impetrari poteſt.* BERGERVS *Elect. p. 620.* (c) Impetrata autem

5. (a) Extra Saxoniam aliquando elapſo termino dilatio datur, non quidem quoad fatale probationis, ſed tamen in aliis: ita fatale der Succumbenz-Gelder prorogari poſſe iam elapſo termino pronunciauit *Fac. Iurid. Vitemb. anno 1711. M. Aug.*

(b) Etiamſi nondum contumacia ſit accuſata, imo *etiamſi* a iudice *concedatur* ante accuſationem contumaciae *elapſo* iam *termino* probatorio petita *dilatio*, *probatio* nihilominus *deſerta* eſſe cenſebitur.

(c) Concedi tamen dilatio a iudice poteſt elapſo termino probatorio, ſi eo currente fuerit petita. O. R. T. XX. §. 5. Quodſi non denegata fuerit, conceſſam eam tacite videri, con-

tem *dilatio currit a tempore concessionis*, nisi concessa fuerit nach Ablauff der ersten Frist. MENCKEN. §. 25. (d)

§. VI.

Concessio. *Prima* quidem *dilatio facile impetratur*, ZIGLER. *ad Tit. 20.* §. erhebliche rechtmäßige. add. *Ref. Gr. d. ann. 1661. gr. 21.* (a) sed *altera*, quae

contendit BERGER. Suppl. P. I. p. 260. negatam censeri, ZIEGLER. MENCKEN. h. t. §. 23. RIVINVS En. 87. Sed O. R. l. c. hoc casu nec pro concessa, nec pro negata eam haberi debere constituit, salua iudici potestate, eam post lapsum termini etiam, aut concedendi, aut denegandi.

(d) Iure nouo omnis dilatio, quocunque tempore ea concedatur, elapso termino priore currere incipit, adeo vt ne iudici quidem id mutare sit integrum. O. R. T. XX. §. 6. verb. ungeachtet in dem Dilations-Schein ein anders enthalten.

6. (a) Hodie prima dilatio concedi non debet, nisi impedimentum in continenti, quoquo modo, demonstratum fuerit. O. R. l. c. §. 3. verb. in continenti

quae si terminum legalem computes, tertia est, non nisi *ob iustum impedimentum.* (b) *Tertia* siue quarta (c) non nisi praeuia causae cognitione et *praestito iureiurando, Ord. Proc. Sax. Tit. 20.* §. wir lassen. (d) sine quo iudex illam

nenti und wenigstens einiger maßen. Quod si tamen iudici de impedimento hoc fides facta fuerit, atque is primam hanc dilationem concesserit, probatio vix deserta habebitur, quamuis ex actis de legitimi impedimenti demonstratione non constet. Conf. KRAVS. L. I. c. 3 S. 1. §. 19.

(b) Secunda dilatio hodie non permittitur, nisi praestito iureiurando, O.R.d.§.3.

(c) Haec hodie plane concedi nequit. O.R.d.1.

(d) Iurabit autem hoc casu qui dilationem petit, daß er die dilation nicht zu Verzögerung der Sache, sondern aus wahrer Nothdurfft gesuchet, und es sich mit der vorgeschützten Verhinderung in der That also verhalte. Quod iuramentum arbitrio iudicis aut a parte, aut ab aduocato, aut ab vtroque etiam exigi potest, et exigi debet etiam, si, cui probatio iniuncta est,

illam non debet concedere, et multo minus quintam (e) dilationem cuiquam dare. Quod *si* tamen *iudex* eam aut quartam (f) *sine solennitate concesserit*, probationem desertam censeri debere non putauerim (g) BERGER. *El. p. 674.*

† ORDIN. PROC. MAGDEB. RECOGN. c. 30. §. 2.

Qui in integrum restitui possunt, illis etiam quarta dilatio denegari nequit. (h)

SECT. II.

est, non integrum spatium Sax. sed aliquot septimanarum tantum dilationem sibi indulgeri petat. O. R. d. l.

(e) Aut hodie quartam.

(f) Vel hodie tertiam.

(g) Ita tamen, vt adhuc iuramentum ab eo existimem exigi posse. Sed iure nouissimo probatio hoc casu omnino deserta habetur. O. R. d. l.

(h) Quamuis haec breui manu restitutio non videatur fieri posse, si aduersarius contradicat. Eius enim interest, vt comminatio sententiae addatur, bey Verlust des *beneficii restitutionis in integrum*, cum alias etiamsi

SECT. II.

DE PRODVCTIONE TESTIVM.

§. I.

POstquam obtulit actor articulos probatorios, incumbit ei, sedulo operam dare, vt *terminus productionis testium, recognitionis* docu- *Petitio termini productionis.*

---

iamsi dilationi inserta sit haec clausula, nihilominus adhuc vlterior restitutio peti possit. Hodie iis, qui beneficio restitutionis in integrum gaudent, prima dilatio conceditur, etiam sine probatione impedimenti, altera absque solennitate legali, et illa per tutores, curatores, actores aut Syndicos praestita, etiam tertia. Fieri autem hoc debet addita commination-tione, bey Verlust des beneficii restitutionis in integrum. Contra quam comminationem, etiam sine praeuia sententia dilationi inserendam, restitutio in integrum locum non habet, saluo tamen, eontra eos, quorum culpa probationis fatale neglectum est, regressu O. R. l. c.

cumentorum &c. quamprimum a iudice ſtatuatur (a), alias enim ob negligentiam ſupinam (b) deſerta probatio cenſebitur. RIVINVS *Tit. 20. En. 51.* (c) *Articulos* quoque *additionales*, quousque terminus probatorius, aut dilatio conceſſa currit, *ſubiungere licet* (d) ela-

1. (a) Etiamſi eo nomine iam iudicem implorauerit, cum articulos offerret. Iure nouiſſimo iudices inferiores, etiam non interpellati, ex officio terminum praefigere ſub mulcta 5. thal. iubentur. O. R. T. XX. §. 7. Quodſi tamen iudex officium ſuum negligat, parti, cui probatio iniuncta eſt, incumbit monere illum, vt quamprimum terminum conſtituat.

(b) Quae vero ſit ſupina negligentia, quantumque temporis ſpatium requirat, iudex definit. vid. RIVINVS *En. 53.*

(c) Demonſtratio non aeque, etiamſi ad fatale fuerit adſtricta, niſi ſententia comminatoria praeceſſerit. Quod vſus fori ſine lege, contra indolem et rationes Proceſſus Summarii introduxit.

(d) Quamuis deſuper proteſtatus quis non ſit.

elapso termino non aeque. (e)

† ORD. PROC. MAGD. RECOGN. cap. 30. §. 3. *vbi idem de nominatione plurium vel aliorum testium et mutatione directorii statuitur.*

§. II.

Ad terminum productionis *citantur*, vt diximus, *pars vtraque et testes.* (a) In termino (b) actor siue *is*, *cui probatio iniuncta est*, *testes præsentes* (c) *realiter*, vt loquun-

Productio testium.

(e) Licet protestatus sit.

2. (a) Et testes quidem hodie prima vice sub poena 5. thal. vocantur, si contumaces sint, sub duplicata. O. R. T. XXII. §. 1. De testibus, qui iudicis iurisdictioni non subsunt, vid. O. R. T. XX. §. 4. add. ORD. MAGD. Cap. 31. De testibus extraneis O. R. T. XXIII. §. 1.

(b) Hoc in termino, si non compareat producens, probatio deserta habetur. O. R. T. XX. §. 7. modo rite citatus fuerit, vid. O. R. T. IV. §. 1. dissent. KRAVS. L. I. c. 3. S. 2. §. 7.

(c) Atque haec productio in ipso termino fieri debet sub poena desertionis, RIVINVS *En.* 52. MENCKEN. §. 16. quae cessat, si quis vel pomeridianis

loquuntur, *producit* (d) eos, qui non comparuerunt, *absentes tanquam praesentes* (e), insimulque petit nouum productionis terminum constitui, testesque sub poena

dianis demum horis testes produxerit, ita pronunciauit *Facultas Iuridica Vitembergensis Mens. Febr. 1713.* licet ob iusiurandum, quod a testibus praestandum est, plerumque productio horis antemeridianis fieri soleat. Compara RIVINVM *En. 58. seq.* et BERGERVM *Oecon. pag. 1069.* et *1084.*

(d) Hodie, si producens rite compareat, solemnis productio praesentium testium non requiritur, sed iudex illo petente, vel etiam ex officio, ad examen procedit. O. R. d. §. 7.

(e) Quod tamen necessarium haud est, imo si verum fateri velimus, inane est; cum *sufficiat*, eorum *accusare contumaciam, et petere, vt arctius citentur.* Dissent. SCHWENDENDOERFFERVS *ad Fibig. p. 1412.* Nec haec productio effectum productionis realis habet, cum testes per illam non fiant communes. *Ord. Proc. Tit. 20.* §. Ebenmäßig. RIVINVS *Enunc. 61.*

na ad dicendum testimonium compelli. (f)

§. III.

Productus, (a) *contra testes inhabiles* (b) *excipit*, & si iustam causam habeat, ob quam plane admitti nequeant, contra examen eorum

Testes inhabiles.

H

(f) In SAX. ELECT. absentium testium productio hodie non requiritur, sed iudici incumbit eos, petente parte, vel etiam ex officio, sub poena 10. thal. denuo ad dicendum testimonium vocare. Quae mulcta, si illi contumaces sint, duplicatur. O. R. T. XX. §. 7. T. XXII. §. 1.

3. (a) Si non compareat, productio nihilominus fieri potest et debet. SCHWENDENDOERFFERVS *ad Fibig. p. 1451.* add. O. R. T. XX. §. 7. neque eo casu est, cur producens producti accuset contumaciam, nisi simul in eodem termino ad recognitionem documentorum aut responsionem ad articulos citatus ille fuerit.

(b) Jure nouissimo, si testes plane inhabiles nominati sint, iudex eos citare non obstringitur. O. R. T. XXII. §. 1. et, qui inuiti ad testimonium dicendum compelli nequeunt,

vocan-

rum proteſtatur ; quo caſu tantiſper differtur examen teſtium, et productus plenius exceptiones ſuas deducit, producens contra regerit, tandem poſt mutuas poſitiones ſententia iudicis, vtrum teſtes interrogandi ſint, definit. (c) Sin habiles quidem, ſed non omni exceptione maiores ſint, productus exceptiones tantum contra eos ſibi refer-

vocantur quidem, ſed exceptiones ſuas in termino opponunt, aut ſi omnino a coactione immunes ſint, in ſcriptis etiam id deducunt, atque ſi poſtea per ſententiam a teſtimonio liberentur, expenſas, quas fecerunt, a producente recuperant. O. R. d. l.

(c) Hodie, vtrum teſtes admitti debeant, nec ne, iudex arbitratur. O. R. T. XX. §. 8. T. XXII. §. 2. in cuius arbitrio, ſi pars nolit acquieſcere, et ad ſententiam prouocet, 5. thal. in caſum ſuccumbentiae deponit. Contra ſententiam autem, quae hanc litem definit, leuteratio locum non habet, neque facile appellatio admittitur. O. R. d. T. XX. §. 8.

reſeruat (d), ne ſimpliciter eos approbaſſe videatur, vid. MENCKEN. §. *13.* (e)

§. IV.

Deinde etiam *interrogatoria*, ſi velit, *offerre poteſt* (a) *generalia ad perſonam* teſtium, non ad cauſam directa, *ſpecialia* ad ſingulos articulos: ea traduntur per iu- *Interrogatoria.*

(d) Vulgo wegen der Zeugen Perſon und Auſſage. Quamuis reſeruatio exceptionum, quod ad dicta, Auſſage, attinet, ſuperflua videatur.

(e) Atque iſtae exceptiones producto ſaluae ſunt, licet teſtes per arbitrium iudicis, aut ſententiam admiſſi fuerint.

4. (a) An ſi offerre velit, neceſſe ſit, ea in ipſo termino productionis exhibere, dubitatum olim fuit, *et quoad teſtes, qui poſt terminum* demum *examinantur* e. g. qui abſentes producuntur, *ea poſtea etiam offerri poſſe plerisque placuit.* conf. RIVINVS *En. 48.* MENCKEN. §. *10.* Sed O. R. T. XX. §. 8. ea, minimum in termino productionis, iudici offerre iubet.

dicem (b) actori siue producenti, BERGERVS *El. p. 654.* qui captiosa, illicita et impertinentia non attendi petit, quae et iudex ex officio omittit: si dubium superfit, an interrogatoria admittenda sint, sententiae partes se, vt §. *praec.* dictum, submittere solent. (c)

§. V.

Examen testium. Postea iudex *testes* alloquitur, officii sui memores esse iubet, de poena

(b) Quod si testes iurisdictioni iudicis non subsint, interrogatoria requirenti iudici exhibenda sunt, qui impertinentia reiicit, caetera iudici requisito transmittit. O. R. T. XXII. §. 4.

(c) *Jure nouissimo*, si pars arbitrio iudicis se submittere nolit, & ad sententiam prouocet, hoc illi non nisi ipsius sumptibus, et solutis in casum succumbentiae 5. thal. permittitur. Contra latam autem super impertinentia interrogatoriorum sententiam, leuteratio, si causas, quae in Regimine Reg. in prima instantia aguntur, excipias, locum non habet, nec appellatio

poena periurii admonet, iuramentum eis praelegi iubet, et a testibus vtraque parte praesente praestari. (a) His peractis partes discedunt, actuarius examen suscipit, singulos seperatim primum super generalibus interrogatoriis, dein super singulis articulis et interrogatoriis ad eos directis examinat, (b) et silentio imposito dimittit, depositiones vero in rotu-

latio facile admitti debet. O. R. T. XX. §. 8.

5. (a) Iudicem requisitum, etiam vtraque parte absente, examen testium recte suscipere, cautum est O. R. T. XXII. §. 4.

(b) Vtile vero est examen in eo ipso loco institui, de quo est controuersia, et testes in rem praesentem deduci, vnde et si depositio eorum dubia sit, repeti ea illo in loco et declarari potest, idque etiam post publicatas attestationes quandoque fieri solet, sicuti et ocularis inspectio quouis tempore recte petitur instituiturque BERGER. *Elect. Disc. for. p. 800.*

lum (c) redigit ſuo tempore publicandas.

SECT. III.

DE PRODVCTIONE ET RECOGNITIONE DOCVMENTORVM.

§. I.

Terminus productionis documentorum.

IN termino productionis documentorum actori aut producenti incumbit, documenta, quorum *copias antea articulis ſubiecit Ordin. Proc. Sax. Tit. XXIV. ibique* ZIGLERVS *p. 152.* RIVINVS *Tit. XXIV. Enunc. I.* et producto transmitti curauit, *in originali*, vt loquuntur, producere. *Termi-*

(c) Vbi praemiſſis interrogatoriis generalibus ſingulis articulis interrogatoria ſpecialia ſubiicienda ſunt, et cuique ſiue interrogatorio, ſiue articulo omnium teſtium depoſitiones adſcribendae.

minus enim hic *perentorius* eſt, (a) vt poſtea amplius documentum produci nequeat (b). Sufficere tamen cenſent intra ſeptiduum productionem fieri, *non* praeciſe *in primo* termini *die*, (c) nec in poſitione prima. (d) Ita pronunciauit

1. (a) Non quidem ex lege, ſed *ex vſu* tamen *fori* RIVINVS *loc. cit. En. 7.* BERGERVS *Elect. p. 737.* quem in Sax. Elect. O. R. T. XXV. §. 1. approbauit.

(b) Formula: An Production des Documents ſub C. aber hat ſich Kl. verſäumet.

(c) In demonſtratione ne quidem, vt intra terminum productio fiat, neceſſe eſt, cum poena deſertionis ad demonſtrationem non extendatur. vid. BERGER. *El. p. 739.* Hodie apud nos, ſublato proceſſu ſummario, demonſtratio non facile locum habet. Sed et in caſibus, quibus illa nunc quoque obtinet, ſatius eſt productionem in ipſo termino fieri.

(d) O. R. T. XXV. §. 1. ſancitum eſt, productionem in prima, aut certe in altera poſitione, ſub poena deſertionis fieri debere.

ciauit *Facultas Iuridica Vitembergenſis anno 1711. Conf.* RIVINVS *loc. cit. En. VIII.*

† *Contrarium diſponit* ORDIN. GEN. de emend. re iudic. §. 33.

§. II.

Quae document. producantur?

Non autem *licet producere documenta, quae articulis* probatorialibus *inducta non fuerunt*, (a) immo ne quidem *quorum copiae* producto *non* ſunt *transmiſſae:* (b) niſi

2. (a) Hodie regulariter copiae documentorum, quae producens poſſidet, articulis probatorialibus integrae ſubiici debent, ſub poena amiſſionis, bey Verluſt der Documente, O. R. T. XXIV. §. 2. Exceptiones exhibet eadem O. R. §. 1. et 2.

(b) Saltim alias productus recognitionem declinare poteſt, quamuis poena defertionis vix eo extendi debeat, quae ſine dubio ceſſat, ſi producens copias transmitti petierit, iudex autem eas transmittere neglexerit. Ita *Facultas Iuridica Vitembergenſis anno 1712. Menſ. Ian.* Quod poſt O. R. quoque obtinet, cum ea iudices inferiores, etiam non imploratos, officio ſuo hac in parte defungi, et intra ſpatium

nisi quis copias non habuerit, deque eo protestatus fuerit, vt si editionem documenti ab aliis postulet; de quo *seq. Cap.* videbimus, aut documenti notitiam oblatis iam articulis demum consecutus sit; (c) quod ipsi iureiurando (d) est confirmandum. (e)

§. III.

Productio fit per exhibitionem Quomodo?

tium 3. hebdomadum, sub poena 5. thal. terminum productioni documentorum constituere iubeat. T. XX. §. 7.

(c) Quod si quis notitiam quidem habuerit documentorum, sed vbi ea lateant ignorauerit, sufficit eorum in articulis probatorialibus mentionem rite factam esse, Daß sie gebührend induciret worden. O. R. T. XXIV. §. 3.

(d) De formulis iurisiurandi vid. O. R. T. XXIV. §. 3. quo loco iuramentum hoc iis remittitur, qui beneficio restitutionis in integrum gaudent, nisi doli aduersus eos adsit suspicio.

(e) Alias enim ne quidem in locum documenti amissi aliud substituere licet.

originalium (a), nec neceſſe eſt, vt tenor eorum commemoretur (b), ſed ſufficit, generaliter tantum ea commemorari. (c) Additur plerumque petitio recognitionis, quamuis ſi ea omiſſa ſit, productus non minus documenta ſub poena recogniti recognoſcere obſtringatur. O. R. T. XX. §. 7.

§. IV.

3. (a) Vtile eſt deſuper regiſtraturam confici; imo hodie neceſſarium. O. R. T. XXV. §. 1. Si originalia in ipſis actis exſtent, relatio ad acta productionis inſtar eſt. RIVINVS *Tit. XXIV. En. 4.* Sed et hoc caſu nequidem opus eſt copias documentorum articulis addere; folia tamen actorum recte allegari debent, niſi qui ad ea ſe refert mulctam 5. thal. incurrere velit. O. R. T. XXIV. §. 1.

(b) Scilicet ſi tenor eorum iam expreſſus ſit bey Ubergebung der Beweiß-Articul. BERGERVS *Elect. Diſcept. Forenſ. pag. 739.*

(c) E. g. Will hiermit das Document ſub A. B. C. (wie ſolche fol. 30. angeben worden) produciret haben, und erwarten, wie Bekl. dieſelben recognoſciren werde.

§. IV.

Facta productione non ſtatim repetere licet *documenta*, ſed in iudicio *relinquenda* illa ſunt, vt inſpiciendi copia, et deliberandi facultas producto detur, vtrum recognoſcere, an diffiteri velit. Poſt *recognitionem* copiae vidimatae apud acta relinqui, (a) et *originalia* partibus *reſtitui poſſunt*, niſi iuſtae cauſae interueniant, cur apud acta ea retineri ſatius ſit: quod fieri ſolet, ſi documentorum vitia productus vrgeat, deque iis cum producente diſceptet. (b)

Originalium repetitio.

§. V.

Producto incumbit (a) *documenta recognoſcere* (b): niſi illa non ſint

Recognitio.

4. (a) Vid. O. R. T. XXV. §. 4.
(b) O. R. l. c. atque hoc caſu producenti a iudice, vel actuario dari debet cautionis inſtrumentum, ein gerichtlicher Schein. O. R. dict. loc.
5. (a) Etiamſi in documento recognitioni renunciatum fuerit. O. R. T. XXV. §. 3.
(b) Recognitio etiam fieri poteſt per man-

sint *recognoscibilia*, vt loquuntur, e. g. copiae, documenta corrupta, falsi suspecta, aut *recognitione* non *opus* habeant: ita frustra petunt recognitionem libelli, litis contestationis, articulorum, legum publicarum. RIVINVS *Tit. XXV. En. 3.* articulorum probatorialium. BERGERVS *Supplem. T. I. p. 292.* rotulorum. ID. *Oecon. p. 1072.* etc. (c) *Sufficit* autem *recogni-*

mandatarium speciali mandato instructum, ZIGLER. *ad Tit. XXV. p. 158. V.* durch seinen mandatarium: ut ipsa tamen potestas recognoscendi documenta mandato nominatim inseratur, hodie necesse non est, O. R. T. VII. §. 2; quod requiritur, si quis copias pro originalibus agnoscere, aut documenta pro editis et recognitis habere velit. O. R. d. l.

(c) It. responsorum et documentorum, quae nullam omnino probandi vim habent. vid. O. R. T. XXV. §. 2. Attestata tamen clericorum et medicorum, licet plene non probent, produci possunt et recognosci debent. Acta et instrumenta iudicialia recognitione non habent opus. O. R. d. l. De docu-

cognitio generalis (d), nec ſpecialis neceſſaria eſt. Contra alia ratione, quam producta ſunt, ea recognoſcere non licet, (e) niſi appareat error aut dolus producentis. BERGERVS *Suppl. Tom. I. p. 290.* *Reſeruant ſibi* plerumque *exceptiones*, qui recognoſcunt, dum ſaluis exceptionibus recognitionem fieri proteſtantur. (f) Vbi neceſſe non eſt, exceptiones illas in ſpecie exprimere, ſed allegatio et deductio earum fieri poteſt in diſputationibus probationum, bey dem Verfahren über Beweiß und Gegen-Beweiß. (g) *Reſeruatio exceptionum.*

§. VI.

documentis peregrina lingua ſcriptis, earundemque verſione, vid. O. R. d. l. §. 3.

(d) Wofür ſie ausgegeben werden.

(e) Ergo nec recognitio documentorum davor, was ſie würcklich ſind, ſufficit.

(f) Quae ipſa tamen reſeruatio ſuperflua eſt MENCK. *ad Tit. XXV. §. 26.* O. R. d. l. §. 3.

(g) O. R. d. l.

§. VI.

Contumacia non recognoſcentis.

Qui per contumaciam (a) documenta *recognoſcere detrectat*, ſub *poena recogniti* recognoſcere iuſſus, *in expenſas* condemnatur. (b)

§. VII.

Pœna recogniti.

Si denuo contumax ſit, (a) documen-

6. (a) Scilicet abſque cauſa probabili, quae ſi adfuerit, in expenſas non condemnatur, qui recognoſcere documenta recuſat.

(b) Hodie recognitio ſtatim per citationem, ſub poena recogniti, iniungitur, eaque omiſſa documenta pro recognitis habentur. O. R. T. XXV. §. 3.

7. (a) Quod hodie euenire nequit, ſi caſum excipias, quo prima citatio integrum terminum Sax. non continuit, aut comminatio, ſub poena recogniti, ei non inſerta fuit, quae ſub mulcta 5. thal. a iudice inferi debet. O.R.d. §. 3. Quomodo vero aduerſus producentem, ſi is in termino altero, poſt factam in primo productionem, emaneat, procedendum ſit, exponit RIVINVS *Tit. XXIV. En. XL.*

cumenta *pro recognitis habentur*, condemnatio tamen in expensas hoc casu non additur (b); cum nulla mora hac ratione contrahatur, siquidem nouo termino perinde opus fuisset, si sententiae alter satisfeciſſet.

§. VIII.

Supereſt tamen etiam ei, qui sub poena recogniti recognoscere iussus est, potestas documentum diffitendi, (a) quia haec conditio taci- *Diffessio.*

(b) Quod Iure Nov. non est mutatum. Not. 1] Citatio ad recognoscendum sub poena recogniti debet continere integrum terminum Sax.

2] Etsi *documentum pro recognito habitum* fuerit, id tamen *saluis exceptionibus* factum videtur. Dissent. ZIEGLERVS *ad Tit. XXV. p. 159. sq.* conf. BERGERVS *El. p. 766.* Iure Nouissimo haec controuersia decisa est per O. R. T. XXV. §. 3.

8. (a) Nisi producens comparationem literarum instituere malit, quamuis huius plerumque exiguus sit vsus, cum per eam plene probari nunquam

tacite ſubintelligitur, RIVINVS *t. 25. En. 28.* BERGERVS *loc. cit. p. 766.*

quam poſſit, inſtrumentum ab eo, cuius nomen adſcriptum eſt, conſcriptum eſſe, purgatorium autem, quod ob indicia iniungi poterat, iam ipſo diffeſſionis iureiurando contineatur. Sane ſi ſummus periurii metus adſit, ad ſuppletorium producens admitti poterit, in primis ſi praeſente ſe ſubſcriptionem factam eſſe aſſeuerare poſſit. Hodie comparatio literarum plane abrogata eſt. Recognitio tamen per teſtes admittitur, ſi quis duos teſtes, eosque omni exceptione maiores, nominet, qui iurare poſſint, ſe ſubſcriptionis tempore praeſentes fuiſſe, vel ex ipſo producto, quod ei ſubſcripſerit, cognouiſſe. Quo caſu producto permittitur interrogatoria, et quoad perſonas teſtium, et quoad cauſae merita exhibere. Quodſi teſtes iurato aſſeuerant ſubſcriptionem, aut agnitionem documenti a producto factam, documentum habetur pro recognito, et is qui ad diffeſſionem ſe obtulit 10. 20. vel plurium thal. mulctam incurrit. Si probatio non plene facta ſit, ſuppletorio iuramento locus eſſe poteſt. O. R. T. XXV. §. 5. Sed et ad diffeſſionem docu-

p. 766. (b): imo ſententiam comminatoriam & *condemnationem* in expenſas *euitabit*, *qui diffeſſioni* ſe

documenti alieni non admittendus eſt productus, ſi producens probare poſſit ab iis, quorum nomina prae ſe fert, ſubſcriptum eſſe, *ita pron.* F. I. L. Anno 1727. M. Mart.

(b) O. R. T. XXV. §. 4. Documenta tamen publica diffiteri non licet, DECIS. ELECT. 74. BERGERVS *Suppl. Tom. 2. pag. 235.* vnde extra Saxoniam ne recognitione quidem opus habent, imo nec in Saxon. Elect. poſt O. R. d. T. §. 2. Ceterum diffeſſio ſcripturae propriae fit hac formula: Daß es ſeine Hand und Siegel nicht ſey. alienae; daß er nicht glaube, daß es N. Hand und Siegel ſey. add. ZIGLERVS *loc. cit. p. 159.* RIVINVS *t. 25. En. 41.* O. R. T. XXV. §. 4. hanc praeſcripſit formulam, et quidem in documentis propriis: Daß er ſelbige weder geſchrieben, noch unterſchrieben habe, auch ſolche mit ſeinem Wiſſen oder Willen durch einen andern nicht geſchrieben, oder unterſchrieben worden: in alienis autem: Daß er nicht glaube, noch dafür halte, daß der Ausſteller ſelbige geſchrieben, oder unterſchrieben habe, oder ſolche mit ſeinem Wiſſen oder

se statim *offert.* (c) Diffessio autem non a mandatario, (d) sed *a principali fieri debet*, & potest statim fieri sine sententia interlocutoria. (e)

§. IX.

Willen, durch einen andern geschrieben oder unterschrieben worden.

(c) Haec oblatio fieri quoque potest per mandatarium, quod O. R. T. XXV. §. 4. non est mutatum. *Dissent.* KRAVS. L. I. C. 3. S. 3. §. 20. p. 118.

(d) Nec a cessionario, sed a cedente, ita *Scabini Lipsienses anno 1712.* nisi producens consentiat.

(e) Hodie, si productus ad diffessionem se offerat, ad praestationem eius statim, absque interlocutione, terminum 8, vel 14. dierum iudex praefigit, in quo, si productus haud compareat, aut iuramentum diffessionis non praestet, aut eidem renunciet, documenta habentur pro recognitis, productus exceptiones, quas contra documenta allegare poterat, amittit, et 10. 20. vel pluribus thal. mulctatur, nisi iurare possit, eo tempore, quo ad diffessionem se obtulit, credidisse se, falsa esse documenta. O. R. T. XXV. §. 4.

§. IX.

Non vero *integrum* est, *contenta*, vt loquuntur, *diffiteri*, si subscriptionem quis recognoscat, (a) nisi falsi indicia adsint (b). *Diffess. contentorum.*

9. (a) Sed exceptiones reiiciuntur in die reconuention, BERGERVS *Suppl. Tom. 2. p. 541.*

(b) RIVINVS *Tit. XXV. En. 25. 26.* quamuis hic indicia remota sufficiant, ac satius omnino fuerit, diffessionem contentorum, etiamsi desint, illa admittere, vid. omnino BERGERVS *Elect. pag. 767.* Iure nouissimo diffessio contentorum in processu ordinario admittitur, si quis asseverare possit, extensionem se inscio et invito factam esse, daß die Extension wider sein Wissen und Willen geschehen. Contra si productus documento iam extenso se subscripsisse fateatur, sed contenta eius se non legisse urgeat, ad diffessionem non admittitur; integrum tamen ei est exceptionem hanc in articulis reprobatorialibus, aut instituta etiam peculiari actione urgere. O. R. T. XXV. §. 6. Sed et diffessio documentorum, quoad documenta aliena, non per-

§. X.

Sententia super recognitione.

Facta recognitione sequitur *sententia interlocutoria*, si rite facta sit: Daß Kl. die documenta sub A.B. zur Nothdurfft recognosciret; alias daß er das sub A. anderer Gestalt, und besser als geschehen, sub pœna recogniti zu recognosciren schuldig; (a) quo casu contra contumacem eo modo proceditur, quem iam §. VI. indicauimus.

Sect. IV.

permittitur, vid. KRAVS. l.c. §. 22. p. 119. add. EVND. p. 415.

10. (a) Hodie hoc quoque casu comminatoria sententia non opus esse, sed documenta pro recognitis haberi posse, vero simile est. vid. O.R.T. XXV. §. 3.

SECT. IV.

DE EDITIONE DOCVMENTORVM.

§. I.

SI documentum, quod quis producere cupit, aut aduerſarius aut alius detineat, *editio* eius *petenda* eſt, quod *ſtatim*, dum articuli exhibentur, (a) fieri debet, (b) fieri-

Editionis petitio.

1. (a) O. R. T. XXVI. §. 1. itaque non ſufficit documenti mentionem factam eſſe, niſi editio petita fuerit. Secus olim obtinuit, editionem enim documenti in termino productionis demum peti poſſe, plerisque placuit. vid. SCHWENDENDOERFFER. *ad Fibig. p. 705.* BERGER. *Elect. p. 783. et Supplem. Tom. II. pag. 560.*

(b) Si tamen editio poſtulata ſit primum a S. et poſtea producens reſciuerit, M. documentum poſſidere, editio a M. etiamnum poſtulari poſſe videtur. Integrum autem eſt iudici, iuramentum malitiae iniungere ei, quem protrahendae litis cauſa editionem poſtulare intelligit.

fierique ſolet hac formula: Dieſen Artickel beweiſet das Document ſub A. deſſen Edition von Bekl. hiermit gefordert wird, aut ſi a tertio exhibitio poſtuletur: Um deſſen edition die gewöhnlichen Compulſoriales (c) an Titium zu ertheilen gebethen wird. Qui ſi detrectet editionem, arctiores compulſoriales decernuntur, bey Straffe.

§. II.

Pœna non edentis.

Multum autem intereſt, an is, qui documentum ſibi edi cupit, ejus copiam articulis probatorialibus ſubiecerit, an vero ea quoque deſtituatur: Priori enim caſu ſi productus (a) editionem recuſet,

(c) Aut requiſitoriales, ſi is, qui poſſidet documentum, iudicis, coram quo cauſa agitur, iurisdictioni non ſubſit.

2. (a) Siue actor ſiue reus, licet ORD. PROC. *Tit. XXVI.* hanc commination ad ſolum reum referre videatur. add. O. R. d. T. §. 1. et 2.

cuſet, *petet editionem* illi *iniungi* (b) *ſub pœna editi* & recogniti; (c) contra ſi copia deſtituatur, *alia comminatione* opus eſt. (d)

(b) Iure noviſſ. parti, a qua editio poſtulatur, in prima citatione editio ſub poena editi iniungitur, atque ſi in termino productionis non compareat, aut editionem ſine cauſa recuſet, documenta pro editis habentur. O. R. h. T. §. 2.

(c) Hoc caſu editionem declinare poteſt, qui copiam pro originali agnoſcit, quod ſine ſpeciali mandato fieri nequit. Etiam iure nou. O. R. T. VII. §. 2. Vtile id autem aliquando eſt, e. g. ſi documentum ſine difficultate inueniri nequeat, aut ſi plus in eo, quam in copia contineatur.

(d) E. g. ſub multa aut carceris poena, RIVINVS *Tit. XXVI. En. 28. 29.* parum enim proderit, documentum haberi pro edito et recognito, cuius tenor ſit incognitus, vnde ſi huiusmodi forte lata ſit ſententia, inanis ea erit, aliaque comminatione productus ad edendum compellendus. BERGER. *Elect. pag. 786.* Hodie in *Sax. Elect.* tertius, a quo editio poſtulatur, ſi eam recuſet, in multam 5. vel 10. th. incidit, pars aduerſa autem,

Itaque rectius agunt, qui editionem imperari postulant bey der Verwarnung, (e) daß in dessen Verbleibung der Artickel, darüber das Document produciret worden, vor eingeräumt zu halten. (f)

§. III.

Quis edat?

Quis edere documenta teneatur, & quando in primis actor a reo,

---

tem, si copia documenti deficiat, ad edendum citatur, sub comminatione, daß die Articuli, zu deren Bestärckung die edition gesuchet, vor eingeräumt zu halten. O. R. d. §. 2.

(e) Vnde satius est interdum, copiam non addere, etiamsi quis eam habeat; cum saepe plus consequatur producens, wenn die Artickel vor eingeräumt gehalten werden, als wenn das documentum pro edito et recognito geachtet wird.

(f) Quod *si* quis statim *articulos* illos *concedere* producenti *velit*, *editio* ei *iniungi* aut documentum pro edito haberi *nequit*. Idque etiam absque speciali mandato a Procuratore fieri potest, RIVINVS *loc. cit. Enunciat. 31.* add. DISSERT. *de Spec. Mandat. §. 9.*

reo, (a) reus ab actore editionem postulare possit, alibi traditur; hic tantum admonendum est, vel indicia adesse eum, a quo documentum edi desideramus, illud exhibere posse, vel indicia huiusmodi deficere: posteriori casu *iuramentum deferri potest*, modo deferens iuramentum calumniæ præstare possit, *quo non opus* est, *si probabile* sit, *documenta illum*,

Demonstratio possessionis.

3. (a) Id saltem hoc loco addere liceat, 1) reum teneri actori edere documenta, quae ad replicam probandam faciant, etiamsi replica inserta sit libello BERGERVS *Elect. p. 779.* TITIVS *ad Laut. Tit. de edend.* O. R. T. XXVI. §. 1. 2) pro documentis communibus haberi, non modo quae ratione proprietatis, aut vsus, simul ad nos pertinent, sed et ea, ad quae ex alia quacunque causa ius nobis competit, daran man sonst eines gewissen Interesse halben Anspruch hat, O. R. d. T. §. 1. quod etiam ad ea documenta, quorum editionem a tertio petimus, pertinere videtur. conf. KRAVS. L. 1. C. 3. S. 4. §. 5.

a quo editionem eorum poſcimus, *poſſidere.* (b) Hæc autem *delatio* iuramenti vt articulis probatorialibus ſtatim ſubiiciatur, neceſſe non eſt, ſed vel *tunc, vbi alter negat*, penes ſe documentum eſſe, *ſuſcipi poteſt.* (c) Integrum autem eſt non actori modo, & reo, ſed & *tertio cuique* hoc iusiurandum deferre. (d)

§. IV.

(b) Alias enim ſi nec indicia adſint, nec iuramentum deferatur, pronunciatur; wegen des Documents ſub A. hat Klägers Suchen nicht ſtatt, aut daß Bekl. mit edition des Documents ſub A. billich zu verſchonen. Quae formula imprimis adhibetur eo caſu, quo ad edendum non obſtrictus eſt is, a quo editionem poſcimus.

(c) Quod per O. R. non eſt mutatum; imo et ſi pronunciatum fuerit, daß Klägers Suchen nicht ſtatt habe, Leuteratione interpoſita etiamnum iuramentum hoc deferri poſſe videtur.

(d) *Relationi* autem *et defenſioni conſcientiae* per probationem *non eſt locus.* ORD. PROC. SAX. *Tit. XXVI. pr. et §.* Es ſoll auch ferner. BERGERVS *Elect. p. 789.* exhibitio etiam omnium

§. IV.

Si is, cui editio iniuncta est, *præstare velit iuramentum edendorum*, (a) documentum *pro edito haberi nequit.* Iurat autem, se neque habere instrumentum, neque dolo possidere desiisse, daß er das Document nicht habe, noch gefährlicher Weise von Händen kommen lassen: (b) *eo præstito* super

Iuramentum edendorum.

---

omnium documentorum, quam ORD. PROC. SAX. *Tit. XXVI. §.* da aber, permittit, plerumque frustranea est, nec a iuramento editionis liberat. Vnde infrequens ac fere nullus beneficii huius vsus est, quem prorsus sustulit O. R. d. T. *§.* 2.

4. (a) Admittendus autem ad hoc iuramentum est, *etiam si* per *sententiam*, quae in rem iudicatam transiit, sub poena editi edere iussus, BERGERVS *Elect. p. 788.* RIVINVS *Tit. 26. Emunciat. 21.* aut, quod hodie fieri debet, sub poena editi ad editionem citatus sit.

(b) De *culpa* hoc iuramentum non praestatur (vocabulum enim gefährlich de dolo tantum accipiendum est) neque de iis, quae in documento conti-

ſuper illis articulis, quos probare per documentum cupiebat, *noua probatio* actori *non permittitur*: (c) vnde niſi certo conſtet, illum, a quo editionem poſtulamus, documentum habere, ſatius eſt ab initio aliud probandi medium elige-re, (d) aut actionem ad exhiben-dum inſtituere, antequam princi-pale iudicium ſubeamus. Editio autem & recognitio in eodem li-bello peti non poteſt, ſed pro-nunciatur: daß die Klage, in-maßen

continentur, (ob er Nachricht von dem Inhalt des Documents habe) iure no-uiſſimo tamen iurare tenetur, qui iuſſus eſt edere documentum: daß er nicht wiſſe, wo das Document ſonſt an-zutreffen, O. R. d. §. 2. quod olim exi-gi non poterat. vid. RIVINVS *Tit. 26. Enunciat. 18.*

(c) Poſſunt tamen *ab initio* ad proba-tionem eiuſdem articuli *praeter do-cumentum etiam teſtes adhiberi.*

(d) E. g. *iuramenti delationem*, quam tamen cumulare non licet cum pro-batione per documenta.

maßen sie anbracht, nicht statt hat. (e)

SECT. V.

DE REPROBATIONE.

§. I.

SI *probatio per testes* susceptа & *absoluta* sit, *reus* ad publicationem attestationum citatur, qui si reprobatione vti velit, *intra terminum Saxonicum* (a) *a die insinuatæ*

Fatale reprobationis contra probationem per testes,

(e) Quod hodieque obtinebit, nisi forte iudex libellum, perinde ac si recognitionis nulla facta esset mentio, sustineat, vid. O. R. T. V. §. 1.

1. (a) Atque hoc fatale obseruandum est, 1) licet *in sententia* reprobatio ad Terminum Saxonicum non fuerit adstricta, ORD. PROC. *Tit. XXI. pr.* O. R. T. eod. §. 1. imo 2) etiamsi probatio spatium extraordinarium habuerit, e. g. 2. Menses in iure braxandi, MENCKEN *Tit. XX, §. 3.* De quo tamen non immerito quis dubitet

nuatæ citationis (b) contra publicationem *proteſtatur*, articulos reprobatorios *offert*, (c) aut dilationem eo nomine petit, alias enim reprobationem deſeruiſſe cenſetur.

† *Add.* ORDIN. PROC. MAGD. cap. 30. §. 18. et ORDIN. GENER. d. emend. re iudic. §. 40.

§. II.

tet, in primis, ſi ſententiae clauſula in ebenmäßiger Friſt adiecta fuerit.

(b) *Niſi intempeſtiue emittatur* citatio, e. g. ſi probatio per teſtes et documenta fiat ante documentorum recognitionem, hoc enim caſu citatio haec effectu deſtituitur. BERGERVS *Supplem. Tom. II. p. 505.*

(c) Neque enim fatale reprobationis demum a die ad publicationem definito, ſed ſtatim a die inſinuatae citationis currit. RIVINVS *Tit. XXI. Enunciat. I.* adeo vt ſi terminus publicationis prorogetur, fatale hoc non a die notificatae prorogationis, ſed primae citationis inſinuatae nihilominus computandum ſit. RIVIN. *loc. cit. Enunc. II.* MENCKEN. *ib. §. 5.* Quid iure nouiſſimo obtineat, §. 5. indicabimus.

§. II.

Sin probatio per sola *documenta facta* sit, citatur zum Verfahren über den geführten Beweiß, atque *ex tempore* huius *citationis* insinuatæ *terminus reprobationis currere incipit;* qua citatione non opus est, si aut antea ad reprobationem se obtulerit reus, (a) id quod ei permissum est, etiam antequam actor probationem absolvit; (b) aut sententiæ interlocutoriæ, (c) quæ

& documenta.

2. (a) Tum enim volunt *a die oblationis* fatale reprobationis currere. ZIGLERVS *ad Ord. Proc. Tit. XXI. verb.* unverboten *p.145.* MENCKEN. §. 14. RIVINVS *Enunciat. 14.*
† *Conf.* ORD. PROC. MAGD. cap. 30. §. 20.

(b) Imo deserta declarata fuit ante absolutam probationem reprobatio per anticipationem inchoata, ob negligentiam supinam a reo posthaec admissam, *a Facultate Iuridica Lipsiense* teste MENCKEN. *d. t. §. 6.*

(c) Nescio autem, an eandem vim habeat *praeceptum iudicis* eine Auffla-ge, quod affirm. RIVINVS *hoc Tit. En. IV.*

quæ ſuper recognitione documentorum fertur, inſertum ſit: daß nunmehro mit dem bedingten Gegen-Beweiß zu verfahren. (d) Inſeri autem hoc nequit, niſi in ſpecie petitum ſit, (e) cuius rei rationem merito deſiderat ZIGLERVS *p. 144. in f.*

§. III.

Etiam poſt intempeſti-

Sola tamen *publicatio atteſtationum intempeſtiue facta* (a) repro-

En. IV. cum alias comminationes non ſoleant eundem ac ſententiae effectum praeſtare.

(d) Quo caſu terminus reprobatorius incipit *a die iudicati*, RIVINVS *Enunciat. 4.* Adiici autem haec clauſula ſententiae poſſe videtur, non modo ſi per documenta, ſed et ſi per teſtes et documenta probatio facta fuerit.

(e) Si petierit pars eam adiici, iudex vero omiſerit, non ideo reprobatio petenti ademta cenſeri debet. ZIGLERVS *l. c.*

3. (a) E. g. ante terminum in citatione expreſſum, aut poſt interpoſitam proteſtationem. RIVINVS *Enunciat. 19.*

probandi facultatem non adimit: (b) vt illud quoque dubio non careat, an, si protestatione contra publicationem omissa publicatio facta fuerit, & reus tamen articulos tempestiue offerat, a reprobatione excludendus sit, (c) in primis si attestationes sibi non innotuisse iuramento possit confir-

vam publicationem,

(b) Quod si reus in termino publicationis compareat eamque fieri permittat, reprobationi renunciasse censetur, BERGERVS *Elect. p. 700.* etiamsi, dum in publicationem consentit, de reprobatione protestetur, MENCKEN. *loc. cit. §. 8.*

(c) Quamuis enim plerique affirment, reprobationem tunc amplius admittendam non esse, BERGERVS *Oecon. p. 1080.* etiamsi terminus ad publicationem definitus admodum angustus fuerit, nulla tamen lege cautum ita est. conf. RIVINVS *h.t. Enunciat. 16. seq.* Satius ergo fuerit, Terminum publicationis ita praefigere, vt elapso demum spatio Saxonico a die insinuatae Citationis computando publicatio peragatur.

mare. conf. MENCKEN *loc. cit.* §. *8.* BERGERVS *Oecon. p. 1081.*

§. IV.

& cognitas attestationes.

Contra *si appareat, attestationes* testium *reo cognitas* & perspectas esse, *licet publicatio nondum facta,* sed aliunde notitiam earum consecutus sit, ad reprobationem eum non admittendum esse, non pauci contendunt. PHILIPPI *h. Tit. Conf. I.* Sed cum hoc quoque nulla lege cautum sit, (a) contraria sententia & benignior & verior esse videtur. Conf. MENCKEN *h. §. II.* BERGERVS *Oecon. l. c.*

§. V.

Novissimo iure haec immutata sunt omnia, atque fatale reprobationis, sive probatio per testes, sive per documenta fiat, sine discrimine currit ex quo articuli probato-

4. (a) Nam *Part. I.* CONST. ELECT. 16. §. *fin.* tantum de solenni publicatione agit, non de notitia, quam quis aliunde consecutus est.

batorii insinuati sunt, von der dem Part beschehenen Insinuation der Beweiß-Articul. O. R. T. XXI. §. 1. (a)

§. VI.

Ceterum *reprobatio eodem modo instituitur, quo probationem* ferri *præc. Sectionib.* commemorauimus. Itaque circa petendas dilationes, testiumque & documentorum productionem eadem erunt obseruanda, O. R. T. XXI. §. 1. delatione autem iuramenti reum super articulis reprobatorialibus vti posse *Cap. seq.* admonebimus. add. O. R. d. T. §. 2. *Modus reprobandi.*

5. (a) Iudici igitur, sub multa 5. th. incumbit providere, ut, quo die, et qua ratione haec insinuatio facta sit, ad acta referatur.

CAP. IV.

DE PROBATIONE PER IVSIVRANDVM.

SECT. I.

DE IVRAMENTI DELATIONE.

§. I.

Fatale iurisiurandi ab actore deferendi super libello,

INtegrum est actori *iusiurandum reo* super actione aut super parte etiam libelli *deferre*, modo hæc delatio fiat *ante guarandam præstitam & litem pure contestatam.* (a) Euen-

1. (a) Iure nouo iuramenti delatio statim in ipso libello fieri debet, vt reus, qui sub poena conf. et conu. citatur, deliberare possit, vtrum iusiurandum acceptare, an referre, aut conscientiam per probationes defendere velit. O. R. T. XIIX. §. 1. itaque, quae hoc §. traduntur, in Elect. Sax. hodie vsum non habent.

Euentualis aut non rite facta (b) litis conteſtatio, vt & oblatio ad guarandam (c) facultatem hanc ei non adimit, (d) nec vt ante terminum fiat delatio, neceſſe eſt, quæ repetitioni libelli ſubiici poteſt (e): quamuis ſatius ſit, ipſi li-

 bello

(b) Ita ſi reus iuſſus ſit **andergeſtalt, oder beſſer als geſchehen auf die erhobene Klage zu antworten**, actori adhuc licebit iusiurandum deferre. Vbi tamen expendendum eſt, an id procedat etiam quoad illa capita libelli, ad quae reus ſat bene reſpondit.

(c) Etiamſi reus ſe declarauerit, quod guarandam pro praeſtita habere velit v. *Supr. C. II. Sect. IV. §. 4. lit. a.*

(d) Sed et *poſt* praeſtitam *guarandam in eadem poſitione* iuramenti delationem adhuc fieri poſſe cenſet BERGERVS *Supplem. Tom. I. p. 160. ſeq.*

(e) Adeo vt reus, ſi ante repetitionem libelli litem conteſtetur, actori iuramenti delationem adimere nequeat. BERGERVS *Supplem. Tom. II. pag. 402.* MENCKEN. *Tit. XIIX. §. 4.*

bello ſtatim hanc declarationem addi. (f)

§. II.

Super replica, Sed & *ſuper replica poſt litis conteſtationem iusiurandum deferre licet*, (a) etiam poſtquam probatio actori iniuncta eſt. Neque enim, vt ſtatim litis conteſtatione facta

(f) 1) Quia guaranda ſtatim debebat ante emiſſam citationem exigi. RES. GRAV. *d. an. 1661. §. 17.* Vid. *ſupr. C. 1. Sect. 2. §. 11.* 2) ne reus notum deliberandi ſpatium exigat, ſi in termino demum deferatur iusiurandum. Atque hoc, vt diximus lit. (a) Ordin. Recogn. cautum eſt. Ceterum in ipſo libello facta delatio non cenſetur reuocata, etiamſi cum libello non repetatur. O. R. T. XIIX. *§.* 1. RIVINVS *Tit. XIIX. Enunciat. 30.* conf. MENCKEN. *h. Tit. §. 9.* vbi docet contrariam ſententiam olim in *Suprema Curia Prouinciali Lipſienſi* obſeruatam fuiſſe.

2. (a) Atque hoc etiam per O. R. non eſt mutatum, adeoque ſuper replica et ante, et poſt litem conteſtatam iuramentum deferri poteſt.

facta replicet, & iusiurandum deferat actor, necesse est, sed articulis, quos vocant, elisiuis delationem subiici sufficit. (b) *Secus* est, *si* replica *libello inserta* sit, tunc enim iuramentum perinde ac super reliquis libelli partibus ante litem contestatam & guarandam praestitam debet deferri.(c)

§. III.

Post litis contestationem actori non est integrum reo iuramentum de- *post lit. contestat.*

(b) Vid. O.R. T. XIIX. §. 2. sed haec delatio fieri debet simul ac articuli offeruntur, non demum in termino, vt iudex eum, cui iuramentum delatum est, sub poena conf. et conu. citare possit, quod ad officium iudicis pertinet, etiamsi a parte non fuerit imploratus, parti autem incumbit implorare officium iudicis, nisi incurrere velit multam 5. th. d. §. 2.

(c) Quia tunc replica est pars libelli, et actor exceptionem rei praeuidit, adeoque statim iuramentum deferre potuit debuitque. BERGERVS *Elect. p. 505.* Post O. R. delatio hoc casu in ipso libello peragenda est. d. T. XIIX. §. 1.

deferre, (a) nisi *nouam actionem instituere*, & refusis expensis processum de nouo exordiri velit, id enim eo vsque ipsi *permittitur*, *donec sententia*, quae *probationem* ei *iniungit*, transeat in rem iudicatam. BERGERVS *Elect. p. 177.* & *p. 505.* MENCKEN §. 4. (b)

§. IV.

De iure communi. *Extra Saxoniam* latius patet deferendi *iusiurandum* potestas, adeo, vt actor quoque, *qui in probatione defecit*, ea vti possit. Quod limitant nonnulli, &, ex quo per sententiam probatio iniuncta sit, iuramentum deferri posse negant. BERGERVS *El. p. 509. Supplem. Tom. I. p. 162.* Sed contraria sententia, quae etiam eo casu hanc potestatem actori integram relinquit,

3. (a) Hodie nequidem ante litem contestatam, nisi in ipso libello.

(b) Vid. O. R. T. V. §. 9.

quit, verior esse videtur. Conf. MENCKEN *h. t. §. 4. in fin.* (a)

§. V.

Reo permittitur iusiurandum super exceptionibus deferre ante litis contestationem, non quidem super litis ingressum impedientibus, RIVINVS *loc. cit. Enunciat. 36.* (nam eae non admittuntur, nisi sint in continenti liquidae) sed super *dilatoriis* tamen quibusdam (a) & post litis contestationem super *perem-*

Delatio iuram. super exceptionibus.

4. (a) Interim in nonnullis Collegiis Iuridicis consensu illa opinio obtinuit, adeo vt ne reum quidem, cui probatio vel demonstratio per rem iudicatam iniuncta est, ad iuramenti delationem admittant, nisi clausula, quae iusiurandum deferendi facultatem tribuat, sententiae sit adiecta.

5. (a) E. g. super exceptione litis pendentiae, spolii etc. *Scabini Lipsienses* ne quidem super his delationem iurisiurandi ante litis contestationem admittunt. Quorum sententiam confirmauit O. R. T. XI. §. 1. vid. supr. L. I. C. 2. S. 5. §. 9. lit. b.

peremtoriis. Vbi in arbitrio eius eſt, an ſtatim litem affirmatiue conteſtatus velit delatione iuramenti vti, (b) an vero demum ſuper articulis probatorialibus iurandi conditionem aduerſario offerre.

§. VI.

poſt litis conteſtationem negativam.

Atque *ſi litem* quidem *negative conteſtatus ſit*, ſuper *articulis* reprobatorialibus *iusiurandum deferre* poterit, etiamſi in ſententia delatio ipſi non ſit reſeruata. (a) Con-

(b) Si negatiue litem conteſtatus ſit, non attenditur illa delatio iuramenti, ſed iniuncta actori probatione, reo reprobatio et iuramenti delatio reſeruatur. Sed et ſi affirmatiue litem conteſtatus, plures exceptiones opponat, et tantum ſuper vna vel altera iuramenti delatione vtatur, non habita illius ratione, exceptionum probatio reo iniungitur, cum integrum illi ſit, articulis probatorialibus ad illas exceptiones directis, iurisiurandi delationem ſubiicere.

6. (a) E. g. Si pronunciatum ſit: Bekl. Gegenbeweiß vorbehältlich, nulla facta iura-

Contra *si* litem *affirmatiue* contestato exceptionum iiuncta sit probatio, iuramenti delatio olim amplius non admittebatur, (b) nisi nominatim reservata esset. (c) Jure *affirmatiuam.*

iuramenti delationis mentione: conf. MENCKEN. *h.* §. *12.* RIVINVS *Tit. XXI. Enunc. 33.* idque obtinet, etiamsi sibi facultatem iuramentum deferendi reseruari petierit: quod quidem apud nos hodie dubio caret. O. R. T. XXI. §. 2. quamuis olim plerique existimauerint, hoc casu satius esse, leuteratione interposita reseruationem iuramenti delationis denuo vrgere.

(b) O. P. V. Tit. XVIII. §. da aber, RIVINVS *Tit. XIIX. Enunciat. 33.* MENCKEN. §. 13. Quia nimirum semel probatio reo iniuncta est per sententiam: Dieweil Bekl. auf die erhobene Klage geantwortet, und solcher allenthalben geständig, darneben aber unterschiedene Exceptiones vorgeschützet; so ist er dieselben in Sächs. Frist zu erweisen schuldig &c. vid. *supr.* §. *IV.*

(c) Vnde addi solet: Es ist auch beyden Theilen bey dem ihnen zuerkandten Beweiß und Gegen-Beweiß der Eydesdelation sich zu gebrauchen unbenommen.

Jure noviſſimo hoc quoque caſu reſervatione non opus eſt, ſed reo iuramentum ſine diſcrimine deferre licet. (d)

§. VII.

Super articulis.

Delatio ſuper articulis plerumque ſtatim iis ſubiicitur, hac formula: Dieſer Artickel wird Kln. in ſein Chriſtl. Gewiſſen, Wiſſenſchafft und Wohlbewuſt geſtellt. Quia tamen nulla lege haec forma praeſcripta eſt, etiam per litteras aut *in termino productionis* (a) delatio-

men. Qua clauſula hodie apud nos non eſt opus.

(d) O. R. T. XXI. §. 2. qua derogatum eſt Ord. Vet. T. XIIX. §. da aber.

7. (a) MENCKEN. *h. Tit.* §. *12.* Quod ſi tamen per ſententiam, quod plerumque fit, facultas iusiurandum deferendi ad terminum probatorium adſtricta ſit, ipſis articulis tutiſſime delatio ſubiicitur. BERGERVS *Elect. p. 506.* Sed ex quo O. R. T. XIIX. §. 2. hanc formam praeſcripſit, apud nos delatio in termino productionis amplius fieri nequit, ſed ipſis articulis ſtatim ſubiici debet,

lationem adhuc fieri posse probabile est. (b)

§. VIII.

Si *iuramentum super facto proprio* deferatur, *conscientiae* (in sein Christl. *& factis propriis, vel alienis.*

bet, vt pars altera citari possit sub poena conf. et conu. zur Einlassung.

(b) Sed et *omissa repetitione delationis in Termino* iuramentum defertum haberi non potest, RIVINVS *Tit. XXI. Enunciat. 40.* O. R. d. T. §. 1. verb. wenn auch gleich in termino die Eydes = delation insonderheit nicht wiederhohlet. it. T. XX. §. 7. verb. ungeachtet der producent, wenn er sonst nur in termino sich meldet, die Artickel mit der Eydes = delation nicht wiederhohlet, modo rite facta fuerit prouocatio, zur Einlassung auf die Artickel. BERGERVS *p. 507.* imo ea quoque omissa non statim iurisiurandi delationem deferens desertuisse censendus est, RIVINVS *d. l. Enunciat. 41. seq.* add. O. R. d. T. XX. §. 7. Contra si in termino, qui iuramentum detulit non compareat, articulos super quibus iuramentum detulit, omnino deseruisse censetur. O. R. d. §. 7. verb. an denen Artickeln, darüber er Producten den Eyd deferiret, sich versäumet.

Christl. Gewissen,) si *super alieno scientiae aut notitiae*) auch Wissenschafft und Wohlbewust) *committitur:* adeo, vt, si soli conscientiae commissum fuerit alienum factum, delatio iuramenti vix attendatur, sed probatio iniungatur, (a) BERGERVS *Elect. p. 542.* RIVINVS *Enunciat. 39. generalis* tamen facta *delatio* (über diesen Articul wird Bekln. der Eyd deferiret) sustinetur, (b) conf. MENCKEN *h. T. §. 14.* Vbi iudex nihilo minus, vtrum conscientiae tantum, an scientiae etiam id, de quo iurandum est, factum committendum sit, decernit, ac sententia definit.

SECT. II.

8. (a) Sed hanc inanem formularum subtilitatem sustulit O. R. T. XVIII. §. 3. quae iudicem iubet non ad verba, sed ad facta respicere, vnde hodie apud nos etiam minus accurate facta delatio negligi nequit.

(b) Quod nunc expressa sanctione confirmatum est, O. R. T. XVIII. §. 3.

SECT. II.

DE REVOCATIONE ET ACCEPTATIONE IVRAMENTI, NEC NON DE OBLATIONE AD IVRANDVM.

§. I.

Iuramenti reuocatio.

REuocari delatum *iuramentum poteſt* etiam poſt litis conteſtationem, *quousque is*, cui id delatum eſt, *nondum* iurandi conditionem *acceptauit*, BERGERVS *Suppl. Tom. II. p. 403.* nec (a) ſententia *interlocutoria*, quae iuramentum alteri iniungit, *in rem iudicatam tranſiit.* (b) O. P. V. T. XVIII. §. 2.

§. II.

1. (a) Ob metum iuſtum periurii etiam acceptati iuramenti reuocationem admiſere *Scabini Lipſienſes* apud RIVINVM *Tit. XIIX. Enunciat. 27. add.* MENCKEN. *h. §. 10. in fin.*

(b) O. R. T. V. §. 9. reuocationem iuramenti delationis admittit, quousque ſententia interlocutoria non tran-

§. II.

Acceptatio.

Potest autem *acceptatio fieri* ante & post litis contestationem, siue *nondum* sententia *interlocutoria lata sit*, *siue* iam *publicata* eadem fuerit: (a) illo casu pronunciari solet: Dieweil Bekl. auf die erhobene Klage geantwortet, und solcher nicht geständig, auch den ihm darüber

---

transiit in rem iudicatam, sine discrimine, vt acceptato licet iuramento, reuocationi eousque locus esse videatur, expensas tamen, qui reuocat illi, cui detulit iuramentum, restituere compellitur, d. §. 9.

2. (a) Per O. R. T. XVIII. §. 1. is, cui iuramentum delatum est, ante sententiam, atque minimum in vltima positione, declarare debet, vtrum iuramentum acceptare, an referre, aut conscientiam per probationes defendere velit, qua declaratione omissa, iuramenti praestatio simpliciter ei iniungitur, sine reseruatione relationis, aut defensionis conscientiae, idemque obtinet, si relatione vsus sit quoad ea facta, in quibus illa non habet locum, d. §. 1.

darüber deferirten Haupt-Eyd acceptiret; So iſt er ſelbigen nach vorgehenden Kl. Eyd für Gefährde abzuſchweren ſchuldig, nulla facta relationis aut defenſionis conſcientiae per probationem mentione, vtpote cui tacite renunciaſſe videtur, qui iuramentum acceptat. Niſi ſcilicet acceptationi addita reſeruatio relationis & defenſionis conſcientiae fuerit. (b) Ceterum *reuocatum* iuramentum denuo deferri non poteſt. *l. 11. C. d. Reb. Cred.*

§. III.

Poſtquam per ſententiam iuramenti praeſtatio alicui *iniuncta* eſt, eademque in rem iudicatam tranſiit, (a) *intra octiduum* is *ſe* ad iu- *Fatale octidui.*

(b) Hodie apud nos haec reſeruatio inanis eſt, cum relatio, aut oblatio ad defenſionem conſcientiae ſtatim fieri debeat, non reſeruari. d. §. 1.

3. (a) Iure nou. fatale oblationis prorſus ſublatum eſt, et iudici incumbit, intra octiduum, ex quo ſententia in rem

randum *offerre* (b) *terminumque* ad iusiurandum praeſtandum *expetere*, et *iudicem*, vt alteram partem ad videndum iurari et praeſtandum iuramentum calumniae citet, *implorare tenetur.* (c)

§. IV.

rem iudicatam tranſiit, parte petente, vel ex officio etiam, terminum ad iurandum, eundemque ſpatium Saxonicum continentem, praefigere, ad eumque partes rite citare. O. R. T. XVIII. §. 7. Quare quae hoc et ſeqq. §. §. traduntur in Electorali Saxonia hodie vſum non habent.

(b) Ratio introducti octidui videtur ea fuiſſe, vt conſtaret, vtrum iurare quis, an referre iuramentum, an conſcientiam per probationes defendere velit. Quod tamen ad ea quoque iuramenta dein prolatum fuit, in quibus relatio ac defenſio conſcientiae non habet locum, vid. *infra §. 10.*

(c) *Modo ſententia non alia* ante praeſtationem iuramenti (zuförderſt, vor allen Dingen) *expedire iubeat*, eo enim caſu fatale oblationis non currit, antequam ſententiae fuerit ſatisfactum.] BERGERVS *Elect. p. 559. et Supplem. Tom. II. p. 438.* RIVINVS *Enunciat. 99. et 101.*

§. IV.

Intra octiduum, inquam: neque enim, vt octauo ipso die oblatio fiat, necesse est, (a) sed quocunque ex octo diebus proximis factam eam esse sufficit. *Anticipatio* autem *prohibita* est, (b) ita vt si quis, antequam sententia interlocutoria in rem iudicatam transierit, se offerat, oblatio illa negligatur, ac iuramentum pro deserto habeatur, nisi oblatio iusto tempore fuerit repetita. BERGERVS *p. 568.*

Eius spatium,

anticipatio,

§. V.

Itaque si contra sententiam interlocutoriam leuteratio interposita, (a) *octiduum currit a tempore, quo*

Initium post sententiam super leuteratione,

4. (a) Vti censuerant *ICti Helmstadienses anno 1711.* a quorum sententia Leuteratione interposita recessit *Facultas Iuridica Vitembergensis anno 1712. Mens. Februar.*

(b) Hodie apud nos sublata oblatione anticipatio eiusdemque poena cessat. O. R. T. XVIII. §. 8.

5. (a) Modo etiam quoad hoc caput sen-

vel appellatione.

quo ſententia ſuper leuteratione lata *vires rei iudicatae nacta* (b) eſt(c): ſi appellatum fuerit, idem obtinet ; ita, vt remiſſio actorum exſpectanda non ſit,(d)cum ex ſententia

ſententiae interponatur, quod iurisiurandi delationem continet.

(b) Idem obtinet, wenn die Leuterung vordefert und unzuläßig erkannt wird. MANDAT. ELECT. *de anno 1682.* BERGERVS *p. 557.*

De leuteratione deferentis.

(c) Si, qui detulit iuramentum, Leuterationem interpoſuerit, vrgeatque iuramentum non ſuper omnibus libelli capitibus delatum fuiſſe, oblatio ratione eorum, ſuper quibus ſe iuramentum detuliſſe fatetur, ſtatim fieri debet, niſi ſint cum reliquis connexa. confer. BERGERVS *Elect. pag. 560.*

Apud quem oblatio fiat poſt appellationem.

(d) Fit autem *oblatio apud iudicem, a quo* appellatum eſt, ſi cauſa ad eum per ſententiam remiſſa ſit, ſin ſententia reformatoria lata ſit, coram iudice *ad quem ;* vbi etiam ea fieri poteſt, ſi ſententia quidem confirmetur, ſed acta tamen nondum realiter remiſſa ſint. ORD. PROC. SAX. *Tit. 18. §. pen.*

tia iam conſtet, cauſam ad iudicem primae inſtantiae eſſe remiſſam. ZIGLERVS *h. p. 122.* BERGERVS *p. 560.*

§. VI.

Quod ſi quis leuterationi vel appellationi renunciet, fatale oblationis *a tempore renunciationis factæ* (a) currit. Sed ſi remedium ſuſpenſiuum ab altera parte interpoſitum fuerit, *poſt factam* demum rite renunciationis *notificationem.* MENCKEN *h.* §. *23.* *Initium octidui poſt leut. vel appell. renunciationem,*

§. VII.

Si leuteratio vel appellatio reiiciatur per reſcriptum aut decretum, octiduum *decendio poſt remiſſorialium publicationem, aut reiectionis notificationem elapſo* computatur. MANDAT. ELECT. SAX. *de anno 1682.* & MENCKEN *h.* §. *23. in fin.* *vel reiectionem.*

6. (a) Nec decendii lapſu hoc caſu opus eſt. BERGERVS *Elect. p. 562.* RIVINVS *Enunciat. 97. & 98.*

§. VIII.

Oblatio per mandatarium.

Oblatio ad iurandum si a mandatario fiat, *requirit speciale mandatum* (a), alias oblatio non sustinetur, nisi intra octiduum principalis eam ratam habeat, aut postea iussu ipsius factam esse iureiurando confirmet.

§. IX.

Petitio termine ac citationis.

Schedulam oblationis simul continere debere *petitionem, vt terminus iurandi* quamprimum *constituatur*, atque *aduersarius* ad videndum iurari, et ad praestandum iuramentum calumniae *citetur*, supra §. *III.* monitum fuit. Haec forma si *non obseruata* fuerit, *deseruisse iuramentum* offerens *censetur.*

†ORD. PROC. MAGD. REC. *c. 29. §. 5.* vt

8. (a) Vid. tamen DISSERT. *de Mandat. special. §. 16.* et RIVINVS *Tit. XIX. Enunciat. 23.* Satis im sub mandato iuramentum acceptandi etiam potestas ad iurandum offerendi conti-

vt dubitatum etiam fuerit, an is, qui aduerſarium hac formula: Beklagten dazu zu citiren (non ad videndum iurari) citari petierat, ad praeſtationem iuramenti admitti debeat. Vid. SCHWENDENDOERFFERVS *ad Fibig. pag. 1313.* Aiens tamen ſententia merito praeualuit, vid. BERGERVS *p. 69. & Supplem. T. I. p. 211.* Ceterum ad praeſtationem iuramenti calumniae citari ſimul debet pars altera, quoties eius praeſtatio illi incumbit. Conf. *Sect. IV. huj. Cap. §. 5.*

§. X.

Obſeruandum autem eſt *fatale oblationis in iuramento delato & relato,* (a) item ſi iuramentum ſiue ſup- *Iuramenta oblationem deſiderantia.*

L 4

continetur, *cit.* DISSERT. *d. §.* RIVINVS *Tit. XX. Enunciat. 89.*

10. (a) Sed in relato tantum, ſi ante ſententiam, non ſi intra octiduum relatio facta ſit. DECIS. ELECT. *70.* RIVINVS *Enunciat. 53.*

† *Iure Magdeburgico indiſtincte,* ORD. PROC. REC. c. 29. §. 5.

suppletorium siue *purgatorium* (b)
† De JVR. MAGD. vid. ORD. PR. MAGD. c. 29. §. 7. *vbi vid. exceptiones*,
alicui iniunctum sit. MENCKEN. *h. §. 24. non in reliquis legalibus* quibuscunque (c): vt quod ad haec attinet, ne quidem, qui in iurandi termino non comparuit, iusiurandum deseruisse censeatur.

SECT. III.

DE DEFENSIONE CONSCIENTIAE PER PROBATIONEM.

§. I.

Defensio conscientiae

DEfensio conscientiae per probationem iure ciuili incognita, MEN-

(b) Apud nos O. R. vsum eius etiam quoad iuramentum suppletorium et purgatorium sustulit. d. T. XVIII. §. 7. et T. XXX. §. 2.
(c) Vid. RIVINVS *Enunciat. 112. sqq.* MENCKEN. *loc. cit.*
† ORD. PROC. MAGD. cap. 29. §. 7.

MENCKEN *Tit. XIX. §. 1.* ibique *cit. moribus* introducta eſt *& legibus Saxonicis approbata ;* quamvis non parum cauſas remoretur: vt ſatius ſit, ius ciuile in vſum revocari, aut ambages ſaltim huius probationis coartari. (a) *e iure Sax.*

§. II.

Locum ea *habet* in iuramento non modo delato, (a) ſed et *in iuramentis plerisque* legalibus, vid. MENCKEN *loc. cit.* §. 2. in purgatorio quoque, (b) *Ord. Proc. Sax. h. Tit.* §. es wäre denn. *non* tamen *in diffeſſionis* iureiurando. RIVIN. *Enunciat.* 2. non in *ſuppletorio*, † ORDIN. PROC. MAGD. *c. 39. §. 3.* *Iuramenta, in quibus locum habet.*

1. (a) Vid. Diſſert. de Reſcindendis ambag. probat. quae iuram. declin. cauſ. fiunt.
2. (a) Non admittitur in cauſis iniuriarum. *vid. Mand. Reg. d. d. 7. Mart. 716.* nec in cauſis, quae ſummam 50. floren. non excedunt. O. R. T. I. §. 6. T. XIX. §. 2.
(b) Hoc mutatum eſt per O. R. T. XXXII.

nec facile in eo, quod *ex Leg. fin. C. de Fideic.* defertur, & in iuramento *edendorum.* O. R. T. XXVI. §. 2.

† *Vid. tamen* supr. Cap. 3. Sect. 4. §. 3. lit. d.

§. III.

Fatale quoad iuram. delatum.

Quod *ad iuramentum delatum* attinet, integrum est (a) iuramenti loco probationem suscipere, (b) *quo usque* iusiurandum *nondum* aut *acceptatum*, RIVINVS *h. Tit. Enunciat. 3. aut relatum* (c) est, ita tamen, vt, qui hanc probationem suſci-

3. (a) In Sax. Elect. qui conscientiam probationibus defendere cupit, statim in ipso termino, bey der Einlassung, et minimum in positione vltima ad eam se offerre debet, O. R. T. XIIX. §. 1.

(b) Etiamsi ea facultas ipsi in sententia non sit reseruata. ORD. PROC. SAX. *h. t.* §. 1. Hodie in Elect. Sax. haec ei in sententia reseruari nequit.

(c) Inprimis si relatio acceptata sit, alias enim aeque ac delatio reuocari posse videtur.

ſuſcipere cupit, *intra octiduum* (d) *ſe offerre* (e) ad eam, ac poſtea *intra terminum* (f) *Saxonicum* (g)

† *Iure Magdeb. intra menſem, a die iudicati* ORD. PROC. cap. 29. §. 5.

arti-

(d) Anticipationem tamen huic non nocere monent RIVINVS *Enunciat. 10. et* MENCKEN. §. 3.

† *De Iure Magdeburgico* vid. ORD. PROC. REC. c. 29. §. 5.

(e) In aliis iuramentis legalibus, in quibus oblatio non eſt neceſſaria, hoc fatale etiam non attenditur. MENCKEN *h. Tit. §. 3.*

(f) Hodie apud nos fatale probationis huius currit a tempore, quo ſententia, qua ad probationem is, cui iuramentum delatum fuit, admittitur, tranſiit in rem iudicatam. O. R. T. XIX. §. 2.

(g) Qui incipit currere *a momento oblationis* ſiue declarationis, MENCKEN. *loc. cit.* etiamſi oblatio ſit anticipata. *Diſſent.* BERGER. *Elect. p. 576.* Imo etiam citra caſum anticipationis alii Terminum Saxon. non ſtatim poſt oblationem factam, ſed demum poſt octiduum elapſum currere contendunt. Atque ita pronunc. *Fac. Iur. Vltemb. M. Ian. 1714.* conf. RIVIN. *h. Tit. Enunc.*

articulos probatoriales *offerre teneatur*; niſi ante terminum elapſum vlterior ab eo dilatio fuerit impetrata.

§. IV.

Articuli. Hos *articulos dirigere debet ad ipſum factum*, de quo iurandum eſt, non ad exceptiones peremtorias (a); alias enim, quod frequentiſſime contingit, articuli declarantur impertinentes, et licet forte teſtes ſuper eiusmodi articulis examinati fuerint, eorum tamen depoſitio non attenditur. Interim ad iuramenti praeſtationem adhuc admittitur, qui probatoriales articulos

---

Enunc. 6. Quae omnia hodie apud nos per O. R. mutata eſſe, lit. (a) et (f) monitum eſt.

4. (a) O. R. T. XIX. §. 2. Niſi per eas qualitas libello expreſſa elidatur. vid. RIVINVS *Enunciat. 17. 18.* et BERGERVS *Supplem. T. I. p. 226. ſqq.* add. EVND. *Suppl. T. II. p. 459. et Elect. p. 612.* vbi an exceptio ſolutionis per defenſionem conſcientiae probari queat, diſquirit.

culos licet parum idoneos obtulit. MENCKEN *loc. cit.* §. 6. (b) Secus eſt, *ſi* quis *probationem* deſeruerit, wenn er ſich an der Gewiſſens-Vertretung verſäumet, eo enim caſu *etiam iuramentum deſeruiſſe cenſetur.* *Pœna deſertionis.*

§. V.

Haec probatio *fit* vel *per teſtes*, vel *per documenta*, iuramenti enim delationem non admittit (a): neque *Modus probandi.*

(b) Pronunciatur enim, daß die Articuli allerſeits pro impertinentibus zu halten, derowegen N. den ihm zu erkannten Eyd nochmahls abzuſchweren ſchuldig, adde RIVINVM *Enunciat. 19. 28.* ſed hoc immutatum eſt per O.R. T. XIX. §. 2. quae hoc caſu denegat ei, qui ad probationem ſe obtulit, regreſſum ad iusiurandum. Perinde ei, qui huic defenſioni renunciauit, ad praeſtationem iuramenti non patet reditus, O. R. d. l. §. 1. licet ante O. R. is ei non fuerit negatus. BERGERVS *Elect. p. 613.* RIVINVS *Enunciat. 25.* Renunciatio defenſionis.

5. (a) Ne progreſſus detur in infinitum, et defenſio haec cum relatione iuramenti confundatur, RIVINVS *Enunc.*

que demonstrationis sed probationis *solennis* rationem habet; (b) vnde absque articulis fieri non potest. RIVINVS *Enunciat.* 12. Nisi forte causas summarias excipias, vbi tamen perinde probatio per formulam consuetam, sein Gewissen mit Beweiß vertreten, iniungi solet. Conf. D. BERGERVS *ad h. Tit. p. 607. & Supplem. Tom. I. p. 229.* qui illam in causis summariis demonstrationis tantum rationem habere contendit. (c)

§. VI.

Interrogatoria.

Interim *interrogatoria non admittuntur*, DECIS. ELECTOR. *XIX. nisi generalia*, quae ad *personam* dirigantur (a), *nec reprobatio* alte-

---

Enunciat. 15. Vid. tamen MENCKEN. *loc. cit. §. 3.*

(b) Dicitur enim das Gewissen mit Beweiß vertreten.

(c) In Sax. Elect. sublato processu summario, defensio haec sine dubio rationem habet solemnis probationis.

6. (a) Non igitur specialia ad singulos articulos: quia haec rationem velu-

ti

alteri, qui iuramentum detulit, permittitur (b), ſed ſtatim ſuper probatione fertur *ſententia.* *Sententia.*

§. VII.

Si plene probatum ſit, *liberatur* is, cui iusiurandum delatum eſt, ab eius praeſtatione; *ſin minus* (a), adhuc *ad iuramentum* (b) praeuio alterius iuramento calumniae *admitti-* *Effectus probationis plenæ, minus plenæ,*

ti reprobationis habent. dict. DECIS. ELECT. *XIX.* §. ſo wollen. RIVINVS *h. Tit. Enunciat. 20.* Quod confirmatum eſt per O. R. d. l. §. 2.

(b) Ne ſcilicet regreſſus ad iuramentum adimatur ei, qui probationem inſtituit. SCHWENDENDOERFFER. *ad Fibig. p. 1346.* Quae ratio licet ceſſet hodie, reprobatio tamen non minus excluditur per O. R. T. XIX. §. 2.

7. (a) O. R. ei, qui fruſtra tentavit hanc probationem, regreſſum ad iuramentum prorſus denegat. T. XIX. §. 1. Quae igitur hoc §. dicta ſunt, in Sax. Elect. locum non habent.

(b) Ad quod ſe poſt ſententiam denuo offerre tenetur. RIVINVS *Enunciat. 24. Diſſent.* BERGER. *Oeconom. p. 1111.*

mittitur (c); ad relationem non aeque. ZIGLERVS *h. Tit. pag. 128.* (d)

† ORD. PROC. MAGD. REC. c. 29. §. 9.

§. VIII.

Semiplenae.

Si ſemiplene probatum ſit, iuramen-

(c) Etiamſi teſtes contra producentem depoſuerint. RIVINVS *Enunciat. 29.* vid. tamen BERGERVS *Supplem. T. I. p. 225.* Interim qui nihil plane probauit, in expenſas retardati Proceſſus condemnandus eſt. MENCK. *h. Tit. §. 1.* Quam poenam hodie quoque, negato ad iusiurandum regreſſu, non minus incurret.

(d) Ceterum vt ſuper hac probatione per *poſitiones* diſceptetur, ſingulisque poſitionibus ſex ſeptimanae concedantur, vix neceſſarium eſſe putem, licet partibus petentibus id negari non poſſe contendat RIVINVS *Tit. XXIX. Enunciat. 6.* Nouiſſime per O. R. T. XXIX. §. 2. cautum eſt, in hac ſpecie probationis non admitti debere ſolemnes diſputationes, quae in ſcriptis fiunt, ſed á iudice praefigi terminum, et intra ſeptiduum oretenus a partibus, quae monenda ſunt, proponi.

mento suppletorio (a) locum relinquit CARPZOVIVS, quod suppletorium si quis deseruerit, eidem regressum ad iuramentum principale patere IDEM affirmat *Lib. III. Resp. 59.* et SCHWENDENDOERFFERVS *ad Fibig. pag. 1354.* Verum satius est, hoc casu non suppletorium iniungere, sed statim ad principale iuramentum praestandum, perinde ac si nihil probatum fuerit, iuraturum remittere (b).

8. (a) O. R. quae regressum ad iuramentum sustulit, et suppletorio et purgatorio relinquit locum, si semiplene, vel minus etiam, quam semiplene probatum sit. T. XIX. §. 1.

(b) Atque hanc ob causam *vnicus testis non facile* ad defensionem conscientiae per probationem *admittitur*. MENCKEN. §. 6. In Elect. Sax. tamen hodie etiam vnus testis repelli nequit, cum eius depositio ad iuramentum suppletorium, aut purgatorium possit sufficere. *vbi locum habeat.*

SECT. IV.

DE IVRAMENTI RELATIONE, ITEM PRAESTATIONE, ET DE IVRAMENTO CALVMNIAE.

§. I.

Relatio iuramenti.

RElatio Iuramenti fit vel *ſtatim* ante ſententiam, *vel* poſt rem iudicatam *intra octiduum* (a). Poſtquam quis per probationem conſcientiam coepit defendere, non amplius ad relationem iurisiurandi admittitur (b). *Sect. praec. §. VII.*

§. II.

Locum habet tantum in iuramento

1. (a) Iure nouo relatio debet fieri ante ſententiam, poſtea facta plane non attenditur. O. R. T. XVIII. §. 1.
(b) Vt dubitem etiam, an intra octiduum quis ſe ad defenſionem conſcientiae offerre, et ſimul eu entualiter in caſum, ſi conſcientiam non ſatis defenderit, iusiurandum poſſit referre?

to *delato*, non in iuramentis legalibus,

† ORD. PROC. MAGD. c. 39. §. 3.

imo nec in delato, si super facto referentis proprio (a) iuramentum sit delatum. vid. tamen *Ord. Proc. Sax. Tit. XIIX.* §. weil es aber. (b)

2. (a) Restringitur enim in sententia relatio auf die facta aliena et communia, vnde ob relationem iuramenti super facto proprio id defertum censeri iudicat RIVINVS *h. Tit. Enunciat. 56.* Ordin. vero Rec. T. XVIII. §. 1. cautum est, relationem super facto proprio non attendi, sed praestationem iuramenti delati referenti iniungi debere. Contra deferri iuramentum super facto deferentis proprio potest, quia scil. referendi iuramentum potestatem habet, cui id delatum est, non alter, cui refertur.

(b) In factis alienis referri potest 1) etiamsi deferenti ea minus nota sint, quam illi, cui iuramentum delatum est. Ita pron. *Fac. Iur. Vitemb. M. Febr. 1714.* vid. tamen BERGERVS *Oecon. p. 111.* 2) etiamsi conscientiae tantum commissa. vid. RIVINVS *Enunciat. 48.*

§. III.

Effectus. Is, *cui relatum* est iuramentum, simpliciter id *praestare tenetur*, neque defensio conscientiae per probationem, (a) multo minus relatio ei conceditur.

§. IV.

Iuram. calumniae. Tenetur autem non modo iuramentum *relatum*, sed & iuramentum *calumniae praestare*,

ORD. PROC. MAGD. c. 24. §. 6.

quamuis hoc eo casu facile quidem ipsi remitti potuerit. (a)

§. V.

Eius desertio. Scilicet omnis, *qui* iuramentum *detulit*, *de calumnia* prius *iurare cogitur*, (a) sique hoc de calumnia iusiurandum praestare aut non velit,

3. (a) CARPZOVIVS *Part. I. Constit. Elect. XIV. Def. 4.*

4. (a) Referens autem non iurat de calumnia.

5. (a) Ad iuramentum calumniae se nec offerre tenetur, nec terminum iurandi impetrare.

† ORD. MAGD. d. §. 4.

lit, aut non possit, aut in termino iurandi *non* compareat, iuramentum *principale pro praestito* (b) *habetur.* Quod ad casum, si referens (c) non compareat,

† *nisi in Ducatu Magdeburgico* d. §. 4.

item ad iuramentum suppletorium (d) & purgatorium extendi nequit,

(b) Quod si citatus non fuerit ad iuramentum calumniae praestandum, sed tantum ad videndum iurari, ad praestandum id compelli nequit,

† *j.* d. §. 4.

nisi per sententiam ei iniunctum sit. ORD. PROC. SAX. *Tit. XIIX. §.* Nachdem auch. RIVINVS *h. Enunciat. 40.* MENCKEN. *h. §. XVII.*

(c) Nam hoc casu referens nullum praestat iuramentum. *Scabini* tamen *Lipsienses* utrumque et iuramentum calumniae, et principale pro praestito habuerunt, teste RIVINO *h. Enunciat. 59. seq.* sed prior sententia verior videtur, add. O. R. T. XVIII. §. 7. et T. XXX. §. 2. KRAVS. L. 1. C. 4. S. 4. §. 7.

(d) Aliter tamen *Facultas Iuridica Vitembergensis* pronunciauit *anno 1709.* BERGERVS *Supplem. Tom. II. p. 455.* et ob absentiam partis aduersae hoc

quit, adeoque illa, licet pars altera emaneat, pro praeſtitis non habentur.

§. VI.

Iuramenti praeſtatio. Terminus iurandi.

Supereſt, vt de *præſtatione* Iuramentorum pauca addamus. (a) *Terminum* iurandi *iudex præfigit*, quem eo nomine, vt dixi, iuraturus implorat. (b) Quod ſi fecerit, iusiurandum pro deſerto non habetur; licet

---

hoc quoque iuramentum pro praeſtito habuit. Sed rectius hoc caſu iudex nihilominus exiget iuramentum, ſiue purgatorium ſiue ſuppletorium ab eo, cui id iniunctum eſt. confer. BERGERVS *in Elect. p. 591.* conſent. MENCKEN. *h.* §. 27. quod quidem hodie in Sax. Elect. ſatis expeditum eſt, per O. R. T. XXX. §. 2. et T. XXXII. §. vnic.

6. (a) De praeſtatione iuramenti, quod minoribus, vniuerſitatibus, nec non denen Hüffnern, Anſpännern, ꝛc. ꝛc. aut cedenti in cauſa ceſſionarii delatum eſt, alibi agitur. vid. O. R. T. XVIII. §. 4. 5. 6.

(b) Hodie ex officio iudex conſtituit terminum, etiam non imploratus. O. R. T. XIIX. §. 7.

cet forte iudex intra ſpatium Saxonicum terminum haud conſtituerit. RIVINVS *h. Enunciat. 80.* (c)

§. VII.

Si in termino *iuraturus non compareat*, iuramentum *deſeruiſſe iudicatur.* (a) *Deſertio.*

+ ORDIN. PROC. MAGD. c. 29. §. 6.

nec opus eſt, vt deferens eo caſu praeſtet calumniae iuramentum. Quod vtrum ad alia iuramenta ex-

(c) Contra ſi oblatio rite facta non ſit, licet iudex terminum iurandi ex officio conſtituat, iuramentum tamen deſertum cenſetur. Secus obtinet in Elect. Sax. poſt ſublatum fatale oblationis.

7. (a) Idem obtinet, ſi per Procuratorem compareat, quia per eum iuramentum praeſtari nequit.

† ORD. PROC. MAGD. c. 29. §. 6. *niſi conſentiente parte aduerſa* d. cap. 29. §. 8. *Alias otioſa eſt in mandato clauſula* iuramenta praeſtandi, *quam ſuppeditat formulæ* ORD. REC. cap. 12. §. 8. *praeſcripta.*

tendi poſſit, dubium eſt, vt monui *Sect. II. §. fin.* neque ſatis expeditum. (b)

CAP. V.

DE HIS, QVAE FIVNT POST PROBATIONEM.

SECTIO I.

DE PVBLICATIONE ATTESTATIONVM, und vom Verfahren über Beweiß und Gegen-Beweiß.

§. I.

Quae fiant poſt iuram.

SI ſuper omnibus libelli partibus iuramentum delatum ſit, reus

(b) Benignior ſententia negatiua eſt. Solet tamen comminatoria ferri ſententia de iuramento praeſtando in proximo termino bey Verluſt deſſelben, addita in expenſas condemnatione. conf. BERGERVS *Elect. p. 567. et Suppl. Tom. I. p. 210.* Iure nouiſſi-

reus eo praeſtito *abſoluitur*, *compenſatis* tamen *expenſis*, ob praeſtitum ab altera parte iuramentum calumniae. O. R. Tit. 36. §. 5. Vid. *Sect. ſeq. §. 6. lit. d.* (a) Quod *ſi iuramentum praeſtare recuſet*, videndum eſt, vtrum eius declinandi gratia litem affirmatiue conteſtatus ſit, an poſtquam demum iusiurandum per ſententiam (b) ei iniunctum erat, id, de quo iuramentum praeſtandum eſt, confiteatur.

delati praeſtationem.

vel recuſationem.

nouiſſimo is, cui ſuppletorium, aut purgatorium praeſtandum eſt, ſi in termino iurandi non compareat, iuramentum deferuiſſe cenſetur. O. R. T. XXX. §. 2. De iuramento Diffeſſionis. vid. eand. Ord. T. XXV. §. 4.

1. (a) Atque haec compenſatio etiam locum habet, ſi deferenti iuramentum calumniae remiſſum ſit.

(b) *Modo* ea *tranſierit in rem iudicatam*, nam ſi antea negatiuam litis conteſtationem reuocet, et affirmatiue reſpondeat, exceptionum probatio ipſi permittenda erit.

Priori casu *exceptionum probatio ipsi iniungitur*, ad quam posteriori casu non admittitur (c) iuxta sententiam a Collegiis Vitembergensibus receptam. BERGERVS *Elect. p. 464. & Supplem. Tom. I. p. 156.* (d); quamuis Lipsienses JCti aliter soleant pronunciare.

§. II.

Attestationum publicatio.

Absoluta probatione & reprobatione, si per testes ea facta fuerit, (a) *publicatio attestationum* suscipi-

(c) Atque haec Vitembergensium sententia confirmata est per O. R. T. XVI. §. 3. nisi is, qui litem negatiue contestatus est, iurare possit, se tempore litis contestationis, factorum, quae negauit, scientiam non habuisse. d. §. 3.

(d) Si iuramentum non super omnibus capitibus libelli delatum sit, quoad reliqua exceptiones saluae esse censentur.

2. (a) *Aut per testes, documenta et iuramenti delationes simul*, vbi publicatio fieri non debet, antequam documenta recognita sint, et praestitum iusiurandum. O. R. T. XXIX. §. 1. RI-

VINVS

ſcipitur actore plerumque petente. (b)

† *Partibusque citatis.* ORD. PROC. MAGD. REC. cap. 27. §. 1.

Haec fit, dum iudex depoſitiones teſtium in rotulum redigit, cuius copia vtrique parti

† *petenti et ſumtus praeſtanti minimum intra 14. dies,* ORD. PROC. MAGD. VTRAQ. cap. 37. §. 1.

datur, vt dein ſuper probatione facta vlterius procedant, quod das Verfahren über Beweiß und Gegen-Beweiß, item die *Diſputation*-Geſetze appellatur. *& diſputatio.*

§. III.

VINVS *Tit. XXIX. Enunciat. 1. 2.* ac reprobatio etiam prorſus abſoluta. *ID. Enunciat. 8.*

(b) O. R. T. XXIX. §. 1. iubet iudicem ex officio terminum 14. dier. publicationi praefigere, ad eundemque partes citare, et licet illae non compareant, nihilominus atteſtationes ad acta referre, nec non intra aliud ſpatium 14. dier. copias rotulorum ſub multa 5. th. utrique parti transmittere.

§. III.

per alternas positiones.

Initium facit *reus*, siue is, qui reprobationem susceperat, is enim *conficit* die *Exception*-Schrifft, (a) post *actor* offert replicam, die *Replic*- und *Saluation*-Schrifft, tandem *reus duplicam, triplicam actor* exhibet, & vterque ad definitiuam sententiam submittit. (b)

† *De Iure Magdeburgico*, vid. ORD. PROC. cap. 37. §. 2. et ORDIN. GENER, de emend. re iustit. §. 40.

§. IV.

3. (a) Hodie in Elect. Sax. initium facit actor, sine discrimine, vtrum ab ipso probatio, an reprobatio peracta fuerit, atque exhibet die Salvation-Schrifft, dein reus offert die Exception-Schrifft, post actor replicam, et tandem duplicam reus. O. R. T. XXIX. §. 2.

(b) Vlteriores enim positiones non admittuntur. ORD. PROC. SAX. *Tit. XXIX. §. 1.*

† *Ac per errorem admissae ab actis remouentur, Aduocato aut Procuratore quinque thaleris multato.* ORD. PR. MAGD. RECOGN. cap. 40. §. 1.

§. IV.

In prima positione (a) (in der *Exceptions*-Schrifft,) reus primo statum causae exponit, post probationes actoris examinat, & elidere conatur, tandem exceptiones oppositas atque probatas a se, vrget, sententiam absolutoriam ferri postulat. *exceptionem.*

§. V.

In altera positione (in der *Salvations*-Schrifft) actor perinde statum causae praemittit, atque reo, si is minus recte eum exposuerit, contradicit, (a) dein probationem suam vindicat & vrget, tandem rei exceptiones elidit, reumque condemnari petit. Huic *salvationem.*

reus

---

4. (a) Hanc, quod diximus, hodie praecedit die Salvation-Schrifft, adeoque actoris est, statum causae exponere, cui reus, si quid in eo erratum fuerit, contradicit.

5. (a) Hoc hodie reo incumbit, cum actor primam, reus alteram positionem exhibeat.

duplicam & triplicam.

reus (b) in *duplica* respondet, quam excipit actoris (c) *triplica*, atque in his vltimis positionibus plerumque ante dicta confirmantur, vindicanturque. *Documenta* autem noua *producere* in his positionibus *non permittitur*. *Responsa tamen* Collegiorum Iuridicorum vna offerri & exhiberi possunt. O R D. PROC. SAX. *h. Tit. §. fin.*

† ORD. PROC. MAGD. cap. 40. §. 3.

§. VI.

Fatale illarum,

Singulis positionibus VI. Septimanae (a) *definitae* sunt,

† *De Iure Magdeburgico.* vid. ORD PROC. c. 37. §. 2.

(b) intra

(b) Hodie actor.

(c) Hodie rei.

6. (a) *Absque additamento* 3. dierum. vid. tamen RESOL. GRAVAM. *de anno 1661. Tit.* von *Iustitien-Sachen, grauam. 22.* add. BERGER. *h. p. 810.* ZIGL. *pag. 179.* Iure nouo coarctata sunt haec tempora, et singulis positionibus 3. tantum septimanae praefinitae. O. R. T. XXIX. §. 1.

(b) intra quas si oblatae (c) non fuerint, amissae censentur, vt ne quidem accusatione contumaciae, aut sententia interlocutoria opus sit: ZIGLERVS *ad Ordin. Proc. Saxon. hoc Tit. verb.* keine *Dilation. p. 180.* O. R. T. XXIX. §. 2.

† ORD. PROC. MAGD. cap. 37. §. 2. 3. *add.* cap. 21. §. 3. cap. 22. §. 8.

Pro-

(b) Currit vero hic terminus von Zeit der erlangten Abschrifft, ORD. PROC. SAX. *Tit. XXIX. pr.* vnde partes, si nondum redemerint copias, citandae sunt zu Ablösung derselben. RIVINVS *Enunciat. 7. et 9.* quae citatio 8. 14. dierum aut 4. septimanarum spatium continebit. ORD. PROC. SAX. *dict. Tit. §.* weil aber. verb. nach Gelegenheit des Orts, da das Parth gesessen und seines Vermögens. Iure nouo currit hoc spatium, quod primam positionem attinet, statim post elapsos 14. dies, qui communicationi rotulorum praefiniti sunt, ceteris positionibus non ex tempore impetratae copiae, sed post finitas 3. septimanas, quae singulis positionibus sunt destinatae. O. R. d. l. *Terminus a quo.*

(c) Debent autem *in duplo* offerri, vt vnum exemplum aduersae parti trans-

Prorogare tamen iuſtis ex cauſis *iudex* fatale iſtud *poteſt*, BERGERVS *El. Diſcept. For. p. 812.* (d) partes nequeunt, (e) licet arctiores terminos pacto conſtituere poſſint. RESOL. GRAVAM. *de an. 1661. grauam. XXII. ſeq.*

§. VII.

transmitti poſſit. Hodie non transmittuntur, ſed parti petenti exhibentur. O. R. d. l.

† *dict. c. 37. §. 2.*

(d) Coarctari inuitis partibus nequit, ZIGL. *dict. loc. p. 180.* vnde nec iudex, vt ſuper probatione per teſtes facta oretenus diſceptent, imperare poteſt. RIVINVS *dict. loc. Enunc. V.* Poſt O. R. T. XXIX. §. 2. ne prorogare quidem haec ſpatia iudici integrum eſt.

(e) Diſſent. SCHWENDENDOERFFER. *ad Fibig. pag. 670.* qui tale compromiſſum admittit. Conſent. BERGER. *El. Diſc. Forenſ. pag. 813.* Hodie res dubio caret, poſtquam O. R. d. l. §. 2. huiusmodi compromiſſa inualida declarauit.

§. VII.

Disputatio probationum per documenta.

Quoties *probatio per documenta* tantum facta est, neque admodum prolixas disputationes exigit (a), *oretenus* solent vim probationum discutere, atque positiones illas intra septiduum plerumque absoluere. (b) ZIGLERVS *hoc Tit. p. 181. verb.* von Mund aus.

† *De Iure Magdeburgico,* vid. ORD. GEN. d. emendand. re iudic. §. 40. et ORDIN. PROC. cap. 37. §. 4.

† ORD. PROC. MAGD. cap. 22. §. 9.

7. (a) Hinc si causa sit ardua, etiamsi probatio per documenta tantum facta sit, admittenda est disputatio probationum ordinaria. ORD. PROC. SAX. *dict. Tit.* §. wenn aber.

(b) O. R. eandem procedendi rationem produxit ad disceptationes probationum pro defendenda conscientia, das Verfahren über die Gewissens-

Ver-

SECT. II.

DE SENTENTIA DEFINITIVA.

§. I.

Sententia iudicis.

IUdicis in arbitrio positum *est*, vtrum ipse *in ciuili* (a) *causa sententiam dicere*, (b) BERGERVS *Elect. Discept. Forens. pag. 878. seq.* an

---

Vertretung, eademque diserte cauit, positiones his casibus intra septem dies absolui, atque initium sine discrimine ab actore fieri debere. T. XXIX. §. 3.

1. (a) In criminali enim tenetur ad ICtos acta transmittere.

† Conf. ORD. PROC. MAGD. REC. cap. 50. §. 14. 15. add. COD. IVR. MAGD. Part. II. N. XX. et Num. LVI. ORD. GEN d. emendat. re iud. §. 7.

(b) Nisi omnes quorum interest in transmissionem consentiant, aut super leuteratione a decreto interposita pronuntiandum sit. O. R. T. XXXIV. §. 1. aut causa, quae alicuius momenti sit, inter dominum et subditos vertatur. O. R. T. II. §. 3.

an acta ad Collegium JCtorum (c) *transmittere* velit. (d)

† ORD. PR. MAGD. cap. 41. §. 2. REC. §. 1.

Actorum transmissio.

Sed si semel transmissio decreta sit invitis partibus iudex ipse sententiam dicere nequit: neque sententias Collegiorum Iuridicorum supprimere, aut ab actis remouere

(c) Transmittere autem ea debet ad Collegium Saxoniae Electoralis, O. R. d. T. §. 2. non ad doctores priuatos exceptis causis, quarum decisio per rescripta iis relicta est. d. §. 2. verb. wo sie in Rügen-Sachen durch unsere Rescripta dahin gewiesen.

(d) Licet partes submiserint zum Bescheid; contra si partes compromittant auf ein Urthel, transmissio quod diximus, denegari nequit. O.R.d. §. 2. BERGER. *El. Disc. For. p. 879.* exceptis tamen Collegiis, quae Principis nomine ius dicunt, et acta non transmittunt. Ad vnius autem partis instantiam iudex acta transmittere non tenetur, ne quidem si illa sumtus transmissionis velit praestare, sed et ad quod Collegium acta transmittere velit, iudicis in arbitrio est. RIVINVS *ad dict. Tit. XXXIV. Enunc. II.*

nisi

mouere illi licet (e), ſed publicare eas, vtcunque latæ ſint, omnino tenetur. O. R. T. XXXIV. §. 5. (f)

§. II.

Concluſio. Transmiſſionem præcedit Concluſio & *inrotulatio actorum. Concluſio* fieri ſolet in ipſis diſputationibus probationum. *Inrotulatio* maiore ſolicitudine extra Saxoniam

Inrotulatio actorum.

niſi partes in certum Collegium conſentiant, aut ſuper leuteratione pronuntiandum ſit, hoc enim caſu acta transmitti non debent ad Collegium, a quo ſententia, contra quam leuteratio interpoſita eſt, lata fuit. O. R. d. §. 2.

(e) Multo minus in cauſa criminali. Confer. *Diſput.* D. THOMASII *de iudice ſententiam ab actis remouente*; in contrariam tamen ſententiam olim *Vitembergenſes* reſponderunt anno 1712. ap. BERG. *Supplem. Tom. II. pag. 574.* add. RIVINVM *ad Ordin. Proceſſ. Saxon. T. XXXIV. Enunc. IV.*

(f) Quod ſi negligat poenam arbitrariam incurrit, et quae geſta ſunt nullitatis vitio laborant. O. R. d. §. 5.

am (a) quam apud nos peragitur. (b) Solet etiam partibus *proteſtatio contra quædam* ICtorum *Collegia* permitti. (c) *Proteſtatio contra Colleg. ICt.*

† Vid. ORDIN. PROC. MAGD. c. 41. §. 7. et *RESCRIPTVM* d. 13. Ian. 1702. COD. IVR. MAGD. Part. II. No. XXIV.

2. (a) Poſt factam in praeſentia partium inrotulationem, acta abſentibus iisdem non debent aperiri et reſignari. Ita *Facultas Vitembergenſis* anno 1674. ap. BERG. *Supplem. Tom. I. pag. 320.* add. O. R. T. XXXIV. §. 5.

(b) Apud nos terminus inrotulationis inſeri debet der Haupt-Citation. Si vero partes poſitiones ſcriptas obtulerint, ad inrotulationem 8. vel 14. dierum terminus praefigendus eſt. O. R. d. T. §. 1.

(c) Sed apud nos non ſolent iudices proteſtationum, quae hoc nomine fiunt, rationem habere.

§. III.

Citatio ad publicandum.

Ad publicationem sententiæ vtraque pars (a) rite (b) *citari* debet.

† ORD. PR. MAGD. VTR. cap. 41. §. 8. ORD. GEN. de emend. re iudic. §. 46. 51.

Terminus. Si nec actor, nec reus compareat, terminus circumductus est, RIVINVS *dict. Tit. XXXIV. Enunc. IX.* (c) alias vel vno præsente in contu-

3. (a) O. R. T. XXXIV. §. 5. iubet iudices intra octiduum a tempore impetratae sententiae (da das Urthel eingekommen) terminum publicationi, qui spatium 14. dierum non excedat, praefigere, sub mulcta 5. thal.

(b) Si *mandatarius* tantum citatus sit, publicatio facta *principali non nocet*, etiamsi eius rei nactus sit scientiam, vt iuramento purgatorio super notitia illius praestando onerari nequeat. Ita *Scabini Vitembergenses anno 1712.* Sed iure nouissimo potestas citationes recipiendi, si alii actus expressi sint, mandato tacite inesse intelligitur. O. R. T. VII. §. 2. add. T. IV. §. 3.

(c) In Elect. Sax. hodie, etiamsi utraque pars non compareat, iudex nihilominus

contumaciam alterius ſententia publicari poteſt.

§. IV.

Sententiæ *publicatio fit*, dum ea publice *ab actuario in loco iudicii partibus* prælegitur, & veluti ex periculo (a) recitatur; (b) in inferioribus tamen iudiciis plerumque in vim publicati copia dari vel transmitti partibus ſolet, RIVINVS *Tit. XXXIV. En. 9.* *Sententiæ publicatio*

† *Quod ſub poena nullitatis vetat* ORD. PROC. MAGD. REC. cap. 41. §. 5.

Hora autem publicationis accurate *annotari debet*, vt decendii, in-

lominus poſt auditam horam 12. ſententiam, in contumaciam publicat, et ad acta refert. O. R. T. IV. §. 6. T. XXXIV. §. 5.

4. (a) *Tot. tit. C. d. Sentent. ex periculo recitand.* vbi alii legunt: *breuiculo.* Sed nec reſignare ſententiam a Collegiis ICtorum latam iudici licet, niſi in praeſentia partium, quae comparent, exceptis tamen cauſis concurſus. O. R. d. §. 5.

(b) Aut illis emanentibus ad acta refert. O. R. d. §. 5.

tra quod remedia ſuſpenſiua interponuntur (c), ratio haberi poſſit. ORD. PROCESS. SAXON. *Tit. XXXIV.* (d)

§. V.

Sententia abſolutoria, condemnatoria,

Actore non probante, aut ſi exceptiones peremtoriæ a reo plene probatæ ſint, *abſolutoria* fertur *ſententia*, (a) *condemnatoria*, (b) ſi actor

(c) Vnde ſi non eodem tempore litigantibus ſententia publicata ſit,
† *quam diuerſitatem ſedulo caueri iubet O R D. G E N.* d. emend. re iudic. §. 51.
decendium cuilibet currit *a tempore, quo ipſi* publicatio facta eſt. RIVIN. *loc. cit. Enunc. XI.* Iure nouiſſimo Sax. cum publicatio fieri debeat hora 12. decendium ab eo momento currit, O. R. d. §. 5.

(d) Atque haec, quae §. 1-4. dicta ſunt, in ſententiis interlocutoriis pleraque non minus quam in definitiuis obtinent.

5. (a) Sententiis definitiuis ſubiici debent rationes decidendi, ſed et interlocutoriis nonnullis. vid. O. R. T. XXXIV. §. 4.

Formul. (b) Priori caſu hac *formula*: daß Klr. das

actor plene probauerit, aut reus confessione sua ab onere probandi eum liberauerit & in probandis exceptionibus defecerit. (c) Ob minus plenas probationes modo *suppletorium*, modo *purgatorium* iuramentum iniungitur, prout Doctores in *Tit. ff. de Probat. & sent. & re iud.* passim exponunt. (d)

dasjenige, so ihm zu erweisen auferleget, und er sich angemasset, wie recht nicht erwiesen, derowegen Bekl. von der Klage ꝛc. Posteriori, quo reus ob exceptiones probatas absoluitur, nulla probationis mentione facta pronunciatur: daraus so viel zu befinden, daß Bekl. von der Klage zu entbinden, ꝛc.

(c) Si plene probauerit actor, pronunciatur: daß Kl. dasjenige so ihm zu erweisen auferlegt, und er sich angemasset, wie recht erwiesen. Derowegen Bekl. die libellirten ꝛc. alias: Daß Bekl. des beschehenen Einwendens ungeachtet die libellirten ꝛc.

(d) Vbi notes velim 1) *iuramentum* siue purgatorium, siue suppletorium *in dubio* potius ei, qui *de veritate*, quam

Juram. suppletor. vel purgat.

§. VI.

Condemnatio in expensas.

Sententia *condemnatoria* fit vel com-

quam alteri, qui de credulitate tantum iurare potest, iniungi debere. O. R. T. XXX. §. 1. BERG. *Elect. p. 870. et Supplem. Tom. II. pag. 567.*

† ORD. PROC. MAGD. cap. 39. §. 4. *add.* ORD. REC. ib. §. 1.

2) contra praestitum iuramentum suppletorium et purgatorium RIVINVS *t. XXII. Enunc. IX.* non admitti aliam, quam quae per documenta nouiter reperta fit, probationem O. R. d. T. §. 3. BERGERVS *Elect. p. 829.*

† d. cap. §. 3.

quo casu illi, qui iurauit, reprobatio denegari nequit, RIVINVS *t. XXX. Enunc. XV.* 3) postquam sententia, quae suppletorium aut purgatorium parti iniungit, in rem iudicatam transiit, iudex intra octiduum etiam ex officio terminum iuratorium praefigere, ad eumque partes, concesso ipsis spatio Saxonico citare debet, oblatione ad iurandum sublata. O. R. T. XXX. §. 2. 4) defensio conscientiae per probationes contra purgatorium locum non habet. O. R. T. XXXII. 5) si, qui iuramentum, siue suppletorium siue purgatorium

compenſatis *expenſis* (a), vel victum etiam ad reſtitutionem earum obſtringit (b): hoc fieri debet,

† *etiam ex officio* ORD. PR. MAGD. c. 45. §. 1.

ſi

torium praeſtare debet, in termino non compareat, aut iurare recuſet, iuramentum deferuiſſe cenſetur, ſed ſi pars altera emaneat, iuramentum nihilominus is, cui iniunctum eſt, praeſtare tenetur. O. R. T. XXX. §. 2.

6. (a) Quod etiam fit *tacite*, ſi expenſarum nulla fiat mentio, RIVINVS *Tit. XXXVI. Enunc. III.* contra tacite adiudicatae non cenſentur, adeo ut 1) condemnatus in expenſas, ſi ſententia per leuterationem aut in appellationis inſtantia, confirmetur, expenſas leuterationis vel appellationis praeſtare non teneatur, niſi in eas quoque damnatus fuerit. O. R. T. XXXVI. §. 4. 2) in poſſeſſorio ſummariſſimo omiſſae expenſae ſeparatim peti nequeant, quamuis aliter viſum Scabinis Vitembergenſ. anno 1712. Menſ. Ian.

(b) Plane aliquando etiam *victorem in expenſas condemnari*, inprimis in cauſis matrimonialibus monebitur

infr.

ſi nullam plane probabilem is litigandi cauſam habuit, (c)

† d. §. 1. add. ORD. PROC. MAGD. d. §. 1. c. 6. §. 6. ORD. REC. ibid. ORDIN. GEN. d. emend. re iudic. §. 45.

contra ſi illa adfuerit, aut lis demum præuio ſuppletorio, RIVINVS *Tit. XXXVI. Enunc. VII.* vel purgatorio (d) deciſa fuerit, BERGERVS *Elect. p. 1015.* vel ſuper actione iuramentum delatum præſtitumque ſit (e), expenſæ ſolent compenſari.

§. VII.

---

infr. L. II. c. III. §. 9. add. RIVINVS *Tit. XXXVI. Enunc. II.*

(c) O. R. T. XXXVI. §. 5. cautum eſt, expenſas non facile compenſari debere, etiamſi litigent coniunctae perſonae, domini iurisdictionis cum ſubditis, parochi cum parochianis.

(d) O. R. d. §. 5. vid. tamen *CENTVR. Obſeru. ſelect. fori Eccleſ. Obſ. LVI.* Contra ſi quis ſuppletorium aut purgatorium praeſtare nequeat, merito in expenſas condemnatur.

(e) Hoc caſu compenſari expenſas fas eſt 1) ob praeſtitum ab altero iuramentum calumniae, 2) quia quaſi transactum eſt de cauſa. Quod confirma-

§. VII.

Non tamen *condemnatus in expensas* processus eas *restituit*, quas victor præter necessitatem impendit, RIVINVS *Tit. XXXVI. Enunc. 28.* *Expensæ quæ restituendæ.*

† ORD. PROC. MAGD. c. 45. §. 2. vt salarium annuum aut palmarium aduocato præstitum (a), neque

---

firmatum est O. R. d. §. 5. eo casu, si iuramentum delatum sit super causa principali, aut praecipuis exceptionibus, non si super aliis articulis, aut capitibus, add. BERG. *Elect. p. 1014.* Si iuramentum relatum ab actore vna cum iuramento de calumnia praestitum sit, reum alii in expensas condemnari posse negant, alii affirmant. Negatiuae accessit *Ordo Iuridicus Vitembergensis anno 1713. Mense Aprili*, et RIVINVS *loc. cit. Enunc. VIII.* Affirmatiuae BERG. *Supplem. Tom. I. pag. 345.* atque hanc approbauit O. R. l. c.

7. (a) Ita pronunciauit *Facultas Iuridica Vitembergensis anno 1712. Mens. Febr.* Iure nouo palmaria, ne quidem ab eo, qui promisit debentur. O. R. T. III. §. 1.

que eas, quæ culpa vincentis factæ sunt, (b) RIVINVS *d. t. Enunc. 13.* sed *necessarias tantum*, easque *præuia liquidatione*,

† *quae, si decem thaleros excedat, aduersae parti communicari debet.* ORD. PR. MAGD. REC. c. 45. §. 2.

& iudicis *moderatione*

† *contra quam remediis suspensiuis non est locus* d. §. 2.

accedente. (c)

CAP. VI.

(b) Ob moram, aut contumaciam illius. O. R. T. XXXVI. §. 4. e. g. per leuterationem ab eo interpositam.

(c) Hodie si quis in expensas totius processus condemnatus sit, peculiaris terminus praefigi potest, sed ita vt citationi inseratur comminatio, daß bey unterbliebener Erscheinung, oder nicht beschehener Einlassung, ex officio darauf erkannt werden solle. O. R. T. XXXVI. §. 4. In ipsa autem expensarum liquidatione ratio habenda est taxae nouissimae, quae derogat quibuscunque contrariis statutis, conuentionibus et consuetudinibus. O. R. d. T. §. 1.

CAP. VI.

DE IIS, QVAE FIVNT POST SENTENTIAM DEFINITIVAM.

SECTIO I.

DE LEVTERATIONE.

§. I.

IS, contra quem lata eſt ſententia, poteſt *Leuteratione* interpoſita eam ſuſpendere, (a) quod remedium apud Saxones vſu receptum eam præſtat vtilitatem, vt cauſa *coram eodem* (b) *iudice* denuo expendatur examinetur-que. (c)

Leuteratio

coram eodem iudice

§. II.

1. (a) Proteſtationem interdum vim leuterationis habere contendunt MENCKEN. ad Tit. XXXV. §. 3. KRAVS. L. 1. C. 6. S. 1. §. 2. et 7.

(b) Male igitur dicitur inſtantia leuterationis.

(c) Ob errorem in numero, nomine, vel

§. II.

aduerſus ſententias quasuis.

Poteſt autem non modo *aduerſus* definitiuas, ſed *etiam interlocutorias* (a) ſententias (b) interponi. (c)

§. III.

vel verbo admiſſum leuteratio locum non habet, ſed is, nullo etiam remedio interpoſito, emendari debet a iudice, vel eo, a quo lata fuit ſententia, collegio. O. R. T. XXXV. §. 2. Quamuis alias declaratio ſententiae etiam ab alio collegio peti poſſit. Ita cenſuit F. I. L. anno 1727. M. Iul. add. KRAVS. L. 1. C. 6. S. 1. §. 4.

2. (a) Nec tantum contra mixtas, ſed etiam *ſimpliciter* interlocutorias. Iure nouiſſimo ab interlocutoria ſententia non facile admitti debet. O. R. T. XXXV. §. 1.

(b) In Elect. Sax. hodie leuteratio locum non habet 1) in poſſeſſorio ſummariiſſ. O. R. T. XXXV. §. 1. 2) in inhibitiuo quoque et eo etiam caſu, quo inhibitio confirmata fuit. Append. O. R. §. 21. 3) a ſententia, vel decreto, quo iuramentum calumniae iniungitur. O. R. T. XXXIII. §. 1. 4) a ſententia, quae probationem iniungit. O. R. T. XX. §. 2. 5) et ab

ca

§. III.

Non tamen contra ſententiam ſuper leuteratione latam, ſi ſcilicet priorem ſententiam illa confirmauerit (a), quae *leuteratio leuterationis* *Leuterationis leuteratio.*

ea, quae ſuper impertinentia interrogatoriorum, aut articulorum lata, O. R. d. T. §. 8. 6) aut qua teſtes ad teſtimonium admittuntur, aut ab eo arcentur, vel liberantur. O. R. T. XXII. §. 2. 7) in concurſu creditorum etiam a ſententia definitiua, vel mixta. O. R. T. XLI. §. 5. 8) in inſtantiis intermediis, ſi appellatione interpoſita, prior ſententia confirmata fuerit. O. R. T. XXXV. §. 3. 9) in Proceſſu cauſarum minimarum. O. R. T. I. §. 6.

(c) Contumacem volunt nec leuterare nec appellare poſſe, vid. HORN. Diſſert. *de contumace non appellante.* Quod ad veram reſtringunt contumaciam, et ſi de ea quoque conſtet, hodie vix vſum habet.

3. (a) Niſi vbi recepta eſt *Ober - Leuteratio*, vt in iudicio Prouocationum Supremo, ſi a ſententia definitiua, eaque in eodem iudicio lata interponatur, ZIGL. *ad Tit. XXXV. pag. 195.* non contra interlocutoriam aut definitiuam a iudice inferiore latam,

tionis dicitur (b); nam contra interlocutoriam, (c) aut reformatoriam ſuper leuteratione latam, remedium hoc denuo & ſæpius (d) adhiberi poteſt.

§. IV.

Fatalia leuterationis.

Tria ſunt *leuterationis fatalia* I. interponendæ leuterationis. II. Citatio-

etiamſi ea mutata, vel declarata fuerit, O. R. T. XXXV. §. 4. nec facile ab interlocutoriis mixtis in cauſis immediatis. d. §. 4.

(b) Vbi pronunciari ſolet: daß die eingewandte Leuterung nicht zuläßlich.

(c) e. g. Si in leuteratione a leutera-to iuramentum deferatur, & iudex eius praeſtationem leuteranti iniungat.

(d) Vt ſi primo actor, poſt reus, dein iterum actor, & poſt hunc reus leuterationem interponat, quod integrum eſt, vsque dum *duae* ſententiae *conformes immediate* ſequantur. Diſſent. ZIGL. *loc. cit. pag. 195.* verb. das vorige geändert. Conſent. BERG. *El. pag. 946. et* RIVIN. *Tit. XXXV. En. 20.* O. P. R. approbauit ſententiam ZIGLERI, atque vni parti contra eandem ſententiam non niſi vnam leuterationem permiſit. T. XXXV. §. 3.

tationis ad prosecutionem petendæ. (a) III. Prosecutionis.

§. V.

Interponenda est *intra decendium*, (a) alias non admittitur (b) & pronunciatur: **daß die Leuterung nicht zulaßlich.** (c) *Neque* vero *speciale mandatum* interpositio *requirit* (d), sed etiam absque eo a man- *I. Interponendæ.*

4. (a) Hoc fatale petendae citationis hodie fere sublatum est per O. R. T. XXXV. §. 5.

5. (a) Itaque iudex annotare debet, quo tempore interposita sit leuteratio. Quod si iudex neglexerit, tempestiue interposita esse praesumitur, BERG. *Oecon. pag. 1129.* salua tamen contrarii probatione. add. RIVINVS *Tit. XXXV. Enunc. 4.* qui iuramentum leuteranti iniungi posse docet, si, quo tempore Leuteratio interposita sit, non constet.

(b) Adeo, vt nec partes, nec iudex hoc fatale *prorogare* possint. ZIGL. *ad Tit. XXXV. pag. 195.*

(c) Currit autem hoc decendium continuo, vt ferias etiam diuinas et humanas comprehendat.

(d) Quod requirit renunciatio leuterationis, RIVIN. *Enunc. 45.* non prosecutio.

datario fieri poteſt, quin immo etiam ab aduocato, (e) ſi principalis ille ſui nomen ſubſcribat. vid. BERGERVS *El. p. 951.*

§. VI.

Grauamina. *In ſchedula* (a) leuterationis *grauamina* debent *exprimi*, (b) ſed deductio eorum pertinet ad proſecutionem, (c).

§. VII.

cutio. Hodie nec, facultas renunciandi vt exprimatur in mandati formula, neceſſe eſt. O. R. T. VII. §. 2.

(e) Hic tamen proſequi leuterationem nequit.

6. (a) Interponi tamen poteſt viua voce. vid. MENCK. ad ff. p. 1635. add. *Mandat.* wie in Berg-Sachen zu procediren. §. 17. Neque hoc mutatum videtur. per O. R. T. XXXV. §. 5.

(b) Nec neceſſe eſt, vt ſingula exprimantur, ſi contra ſententiam in genere wider das gantze Urthel leuteratio interponatur. Vnum tamen alterumue grauamen omnino exprimendum eſt, alias leuteratio, etiam a definitiua ſententia, interpoſita reiicitur, et leuterans 5. th. mulctatur. O. R. d. §. 5.

(c) Proteſtatio autem, quam vulgo inſerunt, et qua ſalua iudicis auctorita-

te,

§. VII.

Iudicis in arbitrio eſt, an recipere (a), an reiicere (b) velit leuterationem, *poteſt* tamen *a reiectione appellari*; (c) imo videas quandoque per reſcriptum imperari admiſſionem interpoſitae et reiectae leuterationis. (d) *Reiectio leuterationis.*

O 3 §. VIII.

---

te, ſe hoc remedio vti declarant, ſuperflua eſt et inanis.

7. (a) Imo etiam poſt reiectionem eam recipere poteſt, modo poſt notificationem reiectionis decendium nondum elapſum ſit. RIVIN. *Tit. XXX. Enunc. 22.*

(b) Reiectio tamen leuteranti notificari debet.

(c) Aut a decreto reiectionis *leuterari denuo*, quod inprimis extra Saxoniam non eſt infrequens. Satius eſt in ipſa ſchedula leuterationis in caſum reiectionis appellare.

(d) Imo et loco appellationis, illa reiecta, interdum leuteratio conceditur. Contra loco leuterationis aliquando et appellatio. vid. O. R. T. XXXV. §. 9. quae in concurſibus creditorum aliisque cauſis, quae inter plures aguntur (wo mehrere Partheyen verhanden) ſi vna leuterationem, altera appel-

§. VIII.

Fatale II. citationis petendæ.

Citatio ad prosequendum petenda est intra terminum Saxonicum, (a) in ipsa schedula petitionem fieri non est necesse, neque etiam sufficit, ORD. PROC. SAX. *Tit. XXXV.* §. nachdem auch; (b) si tamen iudex praeuenerit leuterantem, et terminum indixerit, citationemque insinuari curauerit, leuteratio pro deserta haberi nequit. (c) BERGERVS

appellationem interponat, iudicem et de appellatione, et de leuteratione ad superiorem referre iubet.

8. (a) qui currit a die interpositae leuterationis ZIGL. *p. 197.* RIVIN. *En. 25.*

(b) Sed quid si eodem die per separatam schedulam petatur terminus ad prosequendum? hoc sufficere existimat D. BERG. *Oecon. pag. 1130.* Satius tamen est, ex interuallo iudicem implorare.

(c) Sed nec si petierit *Terminum prosecutioni constitui*, licet *citationem* decerni nominatim haud postulauerit. BERG. *Tom. II. Supplem. pag. 618.*

RVS *Supplem. T. II. p. 620. et Elect. pag. 969.* (d)

§. IX.

Sufficit etiam semel (a) petiisse et impetrasse citationem: (b) nam si *post insinuatam* iam *citationem* terminus a iudice prorogetur, et denuo petita non fuerit citatio, *poena* *quod non iteratur.*

(d) Iure nou. Elect. Sax. haec mutata sunt, et sublatum est fatale petendae citationis, in ipsa autem schedula leuterationis petenda est constitutio termini ad prosequendum sub multa 5. thl. non sub poena desertionis, cum iudex ex officio teneatur terminum prosecutioni sine mora praefigere O. R. T. XXXV. §. 5.

9. (a) Imo si leuterans rite citationem petierit, leuteratio deserta non est, licet citatio non rite fuerit leuterato insinuata. Consent. BERG. *Oecon. p. 1130.* vbi dissent. ZIGL.

(b) Hodie, quod dixi, in ipsa schedula petiisse satis est, et ne necesse quidem est. Vna cum citatione autem schedula leuterationis leuterato transmitti debet bey 5. thl. Strafe O. R. d. §. 5.

desertionis cessat. (c) BERGERVS *Elect. p. 965.* et *Supplem. Tom. I. pag. 330. sq.* Dissent. ZIGLERVS *pag. 197.* et RIVINVS *t. XXXV. Enunc. 30.* Sicuti et, postquam leuterato responsio iniuncta est per sententiam, noui termini impetratio ad fatalia leuterationis neutiquam pertinet.

§. X.

Fatale III. prosecutionis.

In termino prosecutionis et *quoad formalia*, et quoad *materialia prosecutio* fieri debet. (a) *Si leuterans non compareat, deserta* est leuteratio, imo et si compareat, et eam non prosequatur, DECIS. ELECT. *LXIX.* (b), quamuis leuterati

(c) Etiamsi prorogatio facta fit ad instantiam leuterantis.

10. (a) Citatio autem ad prosequendam leuterationem complecti debet integrum spatium Saxonicum. O. R. T. XXXV. §. 5. Alias, qui non comparuit, vix potest contumax haberi.

(b) Fit autem tutissime prosecutio *in ipso die termini*, tam quoad formalia, quam quoad materialia. Quamuis vulgo

terati non comparentis contumaciam accuſet, *dict.* DECIS. Sane ſi vtraque pars emaneat, res ſalua eſt, (c) terminus enim cenſetur eſſe circumductus.

XI.

Sed et ſi ſemel facta proſecutione *in vlteriore termino*, aut non ſe ſiſtat (a) leuterans, aut proſecutio- *Semel tantum obſeruandum.*

vulgo ſufficere exiſtiment, coeptam eſſe quoad materialia proſecutionem. Ceterum proſecutio fieri debet quoad ſingula grauamina, non per relationem ad acta, ſub poena 10. thl. O. P. S. T. XXXV. §. 5. Non tamen ſi ſecus factum ſit, deſerta leuteratio habetur, KRAVS. L. 1. C. 6. S. 1. §. 19.

(c) Ita iudicauit *Curia Prouincialis Vitembergenſis anno 1710.* Conſent. BERGER. *Supplem. Tom. II. pag. 310.* Contrariam tamen ſententiam IDEM tuetur *Tom. eod. p. 616. ſeq.* et RIVINVS *Tit. XXXV. Enunc. 41.* atque hanc confirmauit O. R. T. X. §. 3. adeo vt etiam eo caſu, quo neutra pars comparuit, hodie leuteratio deſerta cenſeatur.

11. (a) Hoc caſu tamen in expenſas con-

de-

nem non repetat, (b) *deserta leuteratio haberi nequit.* (c)

§. XII.

Contumacia leuterati non comparentis.

Si leuteratus in termino prosecutionis *non compareat*, *responsio* ei per sententiam *iniungitur*, addita comminatione: **daß in dessen Verbleiben nichts destoweniger darauf erkannt werden soll,** (a) absque condemnatione tamen in expensas. (b) add. *Sect. seq.* §. *10.*

---

demnandus est, & comparitio sub poena desertionis ei iniungenda.

(b) Atque tunc leuteratus nihilominus respondere tenetur ad grauamina leuterationis, quam alter iam ante prosecutus fuit.

(c) Quod hodieque obtinebit, si leuteratus in primo termino non comparuerit, et respondere iussus, atque in expensas condemnatus fuerit.

12. (a) Iure nou. non fertur sententia comminatoria, sed statim vel confirmatoria, vel reformatoria O. R. T. X. §. 3.

(b) Iure nou. si momenta causae responsionem leuterati desiderent, in expensas termini et mulctam 5. 10. vel plurium thal. condemnatur. O. R. d. §. 3.

§. *10.* (c) Quodsi tamen grauamina nullius momenti sint, *statim ferri potest* sententia *confirmatoria*, antequam leuterato responsio iniungatur, *reformatoria non aeque* absque comminatoria praecedente. (d) Nisi leuteratus per literas ad acta priora submiserit, (e) aut in altero quoque termino, postquam iam sub comminatioñe respondere iussus erat, non comparuerit. (f) His enim

(c) Sed hoc quoque casu in Termino proximo formalia etiam leuterationis a leuterato impugnari possunt.

(d) Iure nou. etiam reformatoria hoc casu ferri potest, vid. lit. (a)

(e) vid. tamen RIVIN. *Tit. XXXV. En. 76.* atque id ei hodieque est integrum. O. R. T. X. §. 3. quamuis, si res id postulet, etiam hoc casu responsio ei iniungi posse videatur.

(f) Modo citatio hoc casu continuerit integrum spatium Saxonicum, alias leuteratus, qui non comparuit, in expensas condemnatur, & denuo respondere iubetur. RIVIN. *Enunc. 72.* Hodie si citatio integrum spatium Saxonicum non complectatur, vix est, vt leuteratus in expensas condemnari possit.

enim casibus etiam reformatoria ferri potest.

§. XIII.

Positiones. Quod si vtraque pars comparuerit, in leuterationibus *ab interlocutoria duae*, *a definitiua* sententia *tres* vtrique *positiones* permittuntur. ORD. PROC. SAX. *Tit. XXXV.* §. dieweil aber. (a)

§. XIV.

Sententia. Sententia, quae super leuteratione fertur, vel est interlocutoria (a) vel definitiua; haec vel confirmatoria

13. (a) Neque tamen ad has positiones admittuntur, nisi solutis Sportulis. *Resol. Grau.* d. anno 1661. Tit. von Iustit. Sachen §. 25. O. R. T. XXXV. §. 5.

Formulae. 14. (a) e. g. Si iniungitur vel iuramentum, vel probatio: vbi pronunciatur: auf Vorbringen und erfolgte Gesetze (non auf Leuterungs-Schrifft) ꝛc. daß vor allen Dingen Klgr. das fol. 1. angegebene ꝛc. worauf der eingewandten Leuterung halber ferner ergehet, was recht ist.

toria (b) vel reformatoria (c) vel mixta, (d) aut declaratoria etiam prioris. (e)

Sect. II.

DE APPELLATIONIBVS.

§. I.

Appellatio fit post leuterat.

QVoties ſententia, contra quam leuteratio interpoſita eſt, denuo confirmatur, appellationis remedium ſupereſt, (a) *integrum* tamen eſt,

(b) daß es der eingewandten Leuterung ungeachtet bey dem am . . eröffneten fol. . . befindlichen Urthel billig bleibet. Quodſi Grauamina nullius omnino momenti ſint, additur condemnatio in expenſas.

(c) Nunmehro aus den Acten (und derer Partheyen rechtl. Einbringen) ſo viel zu befinden.

(d) Nunmehro was Klr. erſtes Grauamen betrifft aus den Acten ꝛc. zu befinden, daß ꝛc. Im übrigen bleibet es ꝛc.

(e) Daß es der eingewandten Leuterung ungeachtet ꝛc. jedoch mit dieſer Erklärung ꝛc.

1. (a) quod apud Saxones

† et

vel ſtatim. eſt, etiam omiſſa leuteratione *ſtatim appellare.* (b)

§. II.

Ad immediate ſuperiorem. *Appellatio* fieri debet *ad ſuperiorem*, & quidem ad eum, qui proxime & *immediate* talis eſt, niſi quod apud nos omiſſis Curiis Prouincialibus ſtatim ad Regimen prouocare liceat.

§. III.

Fatale 1. app. interponendae. Primum *fatale* eſt appellationis *interponendae*, (a) quod perinde vt leuterationis, eſt *decendium*, atque a momento publicationis factae ſine intermiſſione currit.

§. IV.

---

† *et Magdeburgicos.* ORD. GEN. de emend. re iudic. §. 20.

locum habet etiam poſt tres & plures ſententias conformes.

(b) Imo in intermediis Inſtantiis leuteratio hodie in Sax. Elect. a confirmatoria ſententia locum non habet. O. R. T. XXXV. §. 3.

3. (a) Interponi autem poteſt etiam viua voce. Appellat. Ord. Tit. von Appellationen, wie die angenommen §. 1. add. Mandat, wie in Berg-Sachen zu procediren, §. 17.

§. IV.

Interponenda autem est appellatio *coram iudice a quo*, qui si intempestiue interposita sit, sua sententia eam non admissibilem esse declarat. (a) *Coram Notario et testibus* in Saxonia regulariter interponi non debet, RES. GRAVAM. *de anno 1661. grauam. 30.*

† *Nec in Ducatu Magdeburgico* ORD. PROC. cap. 43. §. 1. 9. ORD. GEN. d. emend re iudic. §. 49.

inprimis quando ad Curias vel a Curiis prouocatur; (b) sed extra Saxoniam frequentissimae sunt appellationes istae. *add.* cap. f. X. d. appellat. (c)

§. V.

---

4. (a) Hodie apud nos cognitio über der Unzulässlichkeit, oder der desertion, non pertinet ad iudicem a quo, sed ad iudicem ad quem. O. R. T. XXXV. §. 8.

(b) vid. MENCKEN *Disp. I. Proœm.* §. XX. idem obtinet in appellationibus a Senatu Lipsiensi vi Rescripti, quod Diu. Ioh. Georg. I. *anno 1659. d. 17. Ianuar.* ad Regimen Dresdense dedit.

(c) Exemplum Lutheri vid. ap. STRAVCHIVM *Diss. iur. Publ. pag. 155.*

§. V.

Fatale II. Apostolorum i] petendorum.

Alterum *fatale* est *petendorum Apostolorum;* petendi autem sunt *intra 30. dies*, qui a tempore latae sententiae currunt, MENCKEN *loc. cit. §. XXI.* Debebant illi peti saepius, *leg. 1. §. fin. ff. d. libell. dimissor.* Sed vsu fori appellantem eos semel expetere sufficit, (a) modo adhibeatur formula: *instanter et saepius, Clem. 2. d. appel.* aut: *instanter, instantius, instantissime;* quam pro forma sub poena desertionis adhibendam esse olim non pauci crediderunt. vid. BERGERVS *Elect. p. 971.* RIVINVS *Tit. X. Enunc. 8. sq.*

§. VI.

2) *redimendorum.*

Accessit obseruantia fori aliud, *Apostolorum* nimirum *redimendorum*, die

5. (a) Et quidem vel in ipsa schedula appellationis. vid. Appellat. Ord. Tit. von Appellationen, wie die angenommen, §. 1. verb. auch alsbald. BERG. *Supplem. Tom. II. pag. 625.* RIVIN. *Tit. X. Enunc. 7. seq.*

die Ablösung des Berichts, (a) quae, si *in termino* a iudice *praefixo* non fiat, (b) appellatio deserta habetur, et ab ipso iudice, a quo appellatum est, declaratur: RESOLVT. GRAVAM. *de anno 1661. Tit.* von Justitien = Sachen. *Grauam. XXIX.* BERGERVS *Oeconom. p. 1139.* (c) Integrum autem est iudici, et apostolos gratis dare, et solutioni vlterius spatium indulgere, (d)

P quam-

6. (a) Quod confirmatum est Resolut. Grauam. d. anno 1661. *Grauam. XXIX.*

(b) *Terminus* autem hic est arbitrarius, ita tamen, vt *intra mensem* a die appellationis interpositæ constitui debeat. d. Grauam. XXIX. In *Curia Prouinciali Lipsiensi* intra mensem a tempore decendii elapsi redimendi sunt apostoli, neque appellans ad redimendos eos citatur, teste MENCK. *loc. cit. §. XXI.*

(c) Iure nouissimo cognitio de appellationis desertione pertinet ad iudicem ad quem. O. R. T. XXXV. §. 8.

(d) non aeque prorogari fatale hoc a iudice inferiore potest, cum lex vltra mensis spatium id extendi vetet.

quamuis poſt accuſatam ab appellato contumaciam id amplius haud licere exiſtimem. fac. *dict. Grauam. XXIX.* (e)

§. VII.

(e) Hodie ſi appellatio ab inquiſitione, inhibitionibus Curiarum Prouincialium, citatione, monitorio, publicatione reſcripti, decreti, vel ſententiae, aut a grauamine futuro, nec non in cauſis politiae et diſciplinae, item ab executione, immiſſione, ſubhaſtatione, vel in cauſa cambiali interpoſita ſit, appellans non citatur *ad* redimendos apoſtolos, ſed iudex ex officio intra octiduum refert ad iudicem ad quem, addita expenſarum liquidatione, etiamſi appellationi appellans renunciet, quem nec de apoſtolis dandis iudex admonet. Sed et ad quem appellatum eſt iudex ſuperior, niſi momenta cauſae aliud poſtulent, ſine praeuia communicatione his caſibus appellationes reiicit, addita mulcta et clauſula de non appellando. O. R. T. XXXV. §. 7. In cauſis reliquis fatale redimendorum apoſtolorum hodieque obſeruatur, ſed ſi redemtio omiſſa fuerit, iudex ſine mora apoſtolos refutatorios transmittere iubetur. O. R. d. T. §. 8.

§. VII.

Sunt autem *apoſtoli*, ſi vſum fori ſpectes, vel *reuerentiales vel refutatorii*. *Teſtimoniales* Notariorum extra Saxoniam magis, quam apud nos obtinent; (a) in refutatoriis iudex grauamina appellantis remouere conatur; (b) in reuerentialibus grauamina in medio relinquit, et tantum in honorem iudicis appellationi delatum eſſe oſtendit: hi

Apoſtoli

teſtimoniales,

refutatorii,

reuerentiales.

 peti,

7. (a) Scilicet eo caſu, quo appellatio apud Notarium interpoſita eſt, hic inſtrumentum deſuper conficit, quod eſt inſtar apoſtolorum, idque in iudicio eſt producendum.

(b) Vnde ſolent aduocati in cauſis momenti maioris *copiam refutatoriorum* des Berichts ſibi expetere a iudice, ad quem appellatum eſt. Quod ſi vero intra ſpatium 4 ſeptimanarum appellans nihil moneat, (wann er bey dem Bericht nicht einkömmt) poſtea non auditur, & ſi literarum, quas deinde offert, ratio habenda ſit, in mulctam incidit 5. thal. O. R. T. I. §. 8. Sane interdum communicatio relationis prorſus negatur. d. §. 8. & T. XXXV. §. 7.

peti, illi dari frequentissime solent. (c)

§. VIII.

Fatale III. introductionis.

Tertium fatale est *introductio appellationis*, quae iure Saxonico *intra mensem* fieri debet,(a)

† *Iure Magdeburgico intra 14. dies* ORD. PR. cap. 43. §. 3.

a tempore apostolorum datorum computandum. (b) Debet autem introducens petere (1) *inhibitionem*, quam tamen si intra mensem non impetrauerit, appellatio neutiquam

(c) Reuerentialibus etiam, hodie acta adiungere iudex iubetur. O. R. T. XXXV. §. 9.

8. (a) Per O. R. T. XXXV. §. 9. sublatum plane est fatale introductionis, itaque quae hoc §. traduntur, apud nos non obtinent.

(b) *Modo iudex a quo* appellanti *hunc terminum constituerit*, alias enim ob neglectam intra mensem introductionem deserta non censetur appellatio. BERG. *Oecon. p. 1137.*

† *bene tamen iure Magdeburgico.* ORD. PROC. d. §. 3.

quam deſerta cenſetur, (c) RIVINVS *Tit. X. Enunc. 18.* (2) *compulſoriales* ad iudicem a quo, ſi ſcilicet acta primae inſtantiae

† *quorum authentica transmittendæ ſunt.* ORD. GEN. d. emend. re iudic. §. 55.

ille non transmiſerit; alias enim ſi in termino iuſtificationis acta deficiant, appellatio deſerta declaratur. SCHWENDENDÖRFFERVS *ad Fibig. p. 874.* (d)

† *niſi appellans ſummam ſe diligentiam adhibuiſſe demonſtret.* ORD. PROC. MAGD. cap. 43. §. 5. ORD. REC. §. 23.

Sed ſolent plerumque iudices vna cum apoſtolis acta ad iudicem ad

(c) Hodie apud nos ſublato fatali introductionis, iudex inhibitionem ex officio decernit, ſportulas autem, vor die Inhibition und Citationes, appellans praeſtat in termino iuſtificationis, bey Verluſt der Appellation, ſcilicet ſi citatus ſit ad eas ſoluendas, mit Uberſchickung einer richtigen Specification. O. R. T. XXXV. §. 9.

(d) Quod hodie vix obtinebit.

quem transmittere. Denique (3) introducens appellationem *terminum iustificandae appellationis* expetere tenetur. (e)

† ORD. PROC. d. c. 43. §. 3.

§. IX.

Fatale IV. iustificationis.

Est enim vltimum appellationis *fatale iustificatio*, quae fit in termino a iudice praefixo, (a) tam quoad formalia, quam materialia. (b) In quo si *appellans* non compareat, appellationem *deseruisse* censetur, atque in expensas etiam condemnatur. (c) Idem obtinet, si compareat

Contumacia appellantis.

(e) Sed hunc quoque iudex hodie ex officio constituit, O. R. d. §. 9. scilicet si delatum sit appellationi. d. §. 9. Si enim friuola sit appellatio, reiicitur, etiam cum clausula et mulcta. O. R. T. XXXV. §. 6.

9. (a) de quo vid. *§. sq. XI.*

(b) Quaeritur: An sufficiat iustificatio formalium relatiua? e. g. formalia iustificiren sich aus den Acten selbst. Affirmat MENCKEN *loc. cit.* §. 27.

(c) Modo citatio contineat integrum terminum Saxonicum. O. R. T. IV. §. 1. qua derogatum est Mandato Elect.

reat quidem, ſed non iuſtificet, (d) niſi tamen dilationem petat ad terminum proximum;

† *aut ad acta priora ſubmittat, quod et ipſi et appellato permittit, et alterutro ſubmittente alteri iniungit.* ORD. PR. MAGD. REC. cap. 43. §. 17.

hoc enim caſu illa quidem concedi-tur, ſed appellans in expenſas condemnatur, et iubetur iuſtificare in proximo termino **bey Verluſt der** Appellation. ORD. PROC. SAX. *Tit. X.* §. **Da aber.** (e)

Elect. de ao. 1670. d. 12. Auguſti §. 3. Ceterum ſi vtraque pars in termino iuſtificationis non compareat, appellatio non minus deſerta cenſetur. O. R. T. X. §. 3.

(d) Hanc poenam tamen ceſſare, ſi in termini primo die vel vnicum grauamen deductum fuerit, docet RIVInus *Tit. X. Enunc. 23.*

(e) Si poſt factam iuſtificationem in replicando contumax ſit, appellatio non ſtatim pro deſerta habetur, ſub poena tamen deſertionis replicare iubetur. *d. Tit. X.* §. **Da aber** in Appellations-Sachen, *ibique* ZIGL. *pag. 68.*

§. X.

Contumacia appellati.

Contra si appellatus non compareat, eodem modo aduersus eum proceditur, quem *praec. Sect. §. 12.* in leuterato obseruari diximus, (a)

† *De Iure Magdeburgico.* vid. ORD. PR. MAGD. cap. 43. §. 5. et ORD. REC. ib. §. 16.

at si compareat, & ad merita causae non respondeat, sed ad formalia tantum, in expensas etiam condemnari posse monet D. BERGERVS *El. Disc. For. p. 339.* Secus si compareat, et plane non respondeat. D. BERGERVS *loc. cit.* (b)

§. XI.

10. (a) Iure nouo non fertur amplius hoc casu sententia comminatoria, sed statim prior sententia aut confirmatur, aut mutatur, nisi causae momenta responsionem appellati postulent, quo casu haec illi sub praeiudicio injungitur, addita condemnatione in expensas, et mulcta 5. 10. vel plurium thal. O. R. T. X. §. 3.

(b) vid. tamen RIVINVS *Tit. X. En. 68.* et *Tit. XXXV. Enunc. 70.* et MENCKEN. §. 29. qui hoc quoque casu condemnationem in expensas locum habere

XI.

Debet autem haec *iuſtificatio* fieri etiam apud nos *intra annum*, eundemque ciuilem, (a) *Tempus iuſtificationis.*

† *in terris Pruſſicis intra tres menſes a die interpoſitionis.* ORD. GEN. d. emend. re iud. §. 48.

in Curiis Prouincialibus *et Supremo* Prouocationum *Senatu* in *termino proximo;* ſi modo a tempore inhibitionis impetratae tantum temporis ſuperſit, vt citationes integrum ſpatium Saxonicum continentes poſſint emitti. Appellat. Ord. l. c. §. darum wann, Reſolut. Grauam. d. an. 1661. Tit. von Iuſtitien-Sachen, Grauam. 28. (b)

habere tradunt. Quod hodie poſt O. R. dubio carere videtur.

11. (a) Vel iuſta cauſa id exigente, biennium, hoc enim fatale iure Romano definitum in praefecturis obtinere, patet ex Ordin. Appellat. Tit. von Appellationen, wie die angenommen, §. Wenn nun alſo ꝛc. MENCKEN *ad ff. Tit. de Libell. dimiſſ. §. 35.*

(b) Si tamen appellatus non excipiat de anguſtia termini, etiam ſpatium tri-

um

§. XII.

Remissio actorum. *Si sententia* prior *confirmetur*, aut declaretur tantum, *acta remittuntur* ad iudicem primae instantiae; (a) *sin reformatoria* lata sit sententia, etiamsi ab interlocutoria prouocatum sit, *causa in instantia appellationis peragenda est.* (b)

§. XIII.

Leuteratio. Ceterum etiam in appellationis instantia *beneficium leuterationis* vtri-

---

um septimanarum sufficiet. MANDAT. ELECT. *d. anno 1670. §. 3.* MENCKEN. *loc. cit. §. 26.* Sed hodie secus obtinet, cum huic Mandato derogaucrit O. R. T. IV. §. 1.

Formula. 12. (a) *Formula*: derer Materialien halber erscheinet aus denen Acten und derer Partheyen rechtlichen Einbringen so viel, daß in erster Instantz wohl gesprochen, und übel appelliret, derowegen die Acta an den vorigen Richter zu remittiren, massen wir sie hiemit dahin remittiren und weisen. Quod si declaratio adiiciatur, omitti solent verba: und übel appelliret, et additur, iedoch mit dieser Erklährung, daß ꝛc.

(b) Nisi iudex ad quem causam nihilominus remittere malit.

vtrique, tam appellanti quam appellato non est denegandum. (a) *Ober-Leuteratio* autem tantum in supremo Appellationum Iudicio apud nos permittitur, eoque solo casu, quo prima sententia definitiua in eo iudicio est lata. vid. supra L. 1. C. 6. S. 1. §. 3. lit. (a) et O. R. T. XXXV. §. 4. *Ober-Leuteratio.*

§. XIV.

Haec de appellatione dixisse sufficiat, nisi quod circa *adhaesionem* (a) adhuc *Adhaesio.*

13. (a) In Saxonia Elect. in intermedia instantia, si prior sententia confirmetur, leuteratio non admittitur. O. R. T. XXXV. §. 3. Contra sententiam autem reformatoriam, aut declaratoriam, interponi potest.

14. (a) Pro adhaesione autem non est habenda appellatio principaliter interposita: immo eum, qui appellauerat, sed appellationem deseruerat, adhaerere appellationi aduersarii non posse, contendit D. BERG. *in Oecon. pag. 1129.* et *Elect. pag. 978.* RIVIN. *Tit. XXXV. Enunc. 14.* Locum autem habet adhaesio non tantum appellatione, sed et leuteratione interposita.

adhuc monendum sit, eam *ad decendium non* esse *adstrictam*,

† *secus iure Magdeburgico, quo id in adhaesione tam leuterationis, quam appellationis stricte obseruandum.* ORD. PR. REC. cap. 42. §. 3.

et intra decendium factam (b) *non opus habere introductione*, (c) immo in ipso iustificationis termino demum fieri posse. RIVINVS *Tit. XXXV. Enunc. 13.* modo grauamen commune contineat, aut appella-

(b) Neque enim huiusmodi adhaesio rationem habet peculiaris appellationis, aut leuterationis, adeoque nec prosecutionem aut iustificationem requirit. *Dissent.* KRAVS. L. 1. C. 6. S. 1. §. 26.

(c) Immo ne quidem necesse est, vt in termino iustificet, sed sufficit in responsione ad iustificationem alterius, adhaesionem vrgere. Ceterum si appellans appellationi suae renunciet, adhaesio quoque expirat. Quod si tamen intra decendium interposita sit, per se subsistit adhaesio, tanquam leuteratio vel appellatio, modo fatalia cetera hoc casu rite obseruentur. MENCKEN *ad Tit. XXXV.* §. 10.

pellatio contra totam ſententiam ſine exceptione ſit interpoſita, ZIGLERVS *ad dict. Tit. XXXV. p. 196.* alias non item. BERGERVS *Suppl. Tom. I. p. 336.*

SECT. III.
DE RELIQVIS REMEDIIS SVSPENSIVIS IN PRIMIS DE QVERELA NVLLITATIS.

§. I.

Reuiſionum et Supplicationum, (a) quae apud alios ordinaria ſunt, remedia Saxones noſtri ignorant. (b) *Reuiſio.* *Supplicatio.*

† *Mag de-*

1. (a) *ORD. PROC. SAX. Tit. 37.* In *Luſatia* tamen inferiore obtinet Supplicationis remedium, quod intra 4. ſeptimanas introducendum eſt, iuſtificandum intra annum. RIVINVS *ad d. Tit. Enunc. 1. et 4.*

(b) It. reſtitutionis in integrum, ſi pro remedio ordinario illa accipiatur. O. R. T. XXXVII. §. vn. vt remedium extraordinarium tamen illa locum habet.

† *Magdeburgenſes illo vtuntur, quoad appellationes in cauſis Eccleſiaſticis coram Regimine ventilatas.* Verordnung wegen der Appellation und Reuiſion in cauſis Eccleſiaſticis d. 22. Febr. 1696. COD. IVR. MAGDEB. Part. II. No. XVI. ORD. PR. REC. c. 43. §. 9. *hoc coram Collegio Commiſſariatus.* Verordnung vom 25. Nou. 1713. betreffend das beneficium Supplicationis beym Commiſſariat zu Magdeburg. d. COD. Part. II. No. LIX. *De reſtitutione in integrum a maioribus intra decendium a tempore cognitae ſententiae petenda add. ORD. PROC. REC.* cap. 44. §. 2. 3.

Querela nullitatis.

Fatale interpoſitionis.

Nullitatis tamen *querelam* admittunt, quae aduerſus ſententiam intra terminum Saxonicum inſtituenda, contra decretum (c) per 31. annos

habet. O. R. T. IX. §. 4. non tamen contra ſententiam, quae lata eſt praeuia comminatione, bey Verluſt des beneficii reſtitutionis in integrum. d. T. XXXVII.

(c) Ita interpretes tradunt, vid. RIVINVS *Tit. XXXVIII. En. 5.* quamuis probabile ſit, Legislatorem ſententiæ (Urthel) appellatione etiam Decreta (Beſcheide) complecti voluiſſe. O. R. hoc

annos 6. ſeptimanas et 3. dies vrgeri poteſt. (d)

† *Iure Magdeburgico, ſi principaliter moueatur, intra decendium. ORD. PROC. REC.* cap. 44. §. 1.

§. II.

Interpoſita querela nullitatis intra terminum duplicatum Saxonicum (a) *deducenda* eſt, ſaltim vt intra hoc ſpatium *Citationem* impetrare, *Proſecutionis.*

hoc diſcrimen ſuſtulit. T. XXXVIII. §. 1.

(d) Nullitatem autem prorſus *inſanabilem*, e. g. quae oritur ex defectu Citationis aut mandati, ſiue contra ſententiam ſiue contra Decretum etiam poſt XXX. annos poſſe allegari, monet BERG. *El. Diſcept. for. pag. 1027.* quod approbatum eſt O. R. d. §. 1. niſi vitium purgatum ſit per ratihabitionem expreſſam aut tacitam, quae a parte, quae cauſam obtinuit, etiam poſt ſententiam definitiuam fieri poteſt d. §.

† *Iure Magdeburgico intra eosdem* d. §. 1.

2. (a) Hodie intra terminum Sax. O. R. d. T. §. 2. verb: nicht binnen doppelter, ſondern binnen einer Sächſiſchen Friſt.

trare, qui interpoſuit, ſub poena deſertionis teneatur. (b)

† *De Iure Magdeburgico vid.* d. §. 1. *et* RESCRIPT. d. 21. Febr. 1708. No. XLVIII.

In Senatu ſummo et Curiis Prouincialibus *proſecutio* in proximo termino fieri debet. (c)

§. III.

Effectus. Ceterum *executionem* haec querela *non ſuſpendit.* (a)

† *niſi iure Magdeburgico. ORD. PROC. REC. c. 44. §. 1.*

et

(b) O. R. d. Tit. XXXVIII. §. 2. verb: Citation auszubringen. Factum Iudicis tamen ei nocere nequit, modo ipſe omnem operam adhibuerit in officio Iudicis implorando.

(c) Modo tantum ſuperſit temporis, vt citationes, quae terminum Sax. integrum contineant, extrahi et partibus inſinuari poſſint.

3. (a) niſi in continenti ſit liquida. PHIL. Conſ. 2. et intra Terminum executiuum doceatur. O. P. T. XXXVIII. §. 1. BERG. *Oecon. p. 1147. not. 3. add.* MENCK. *ad T. XXXVIII. §. 10.*

et si temere ea mota fuerit, qui eam interposuit, confirmata priore sententia *40. florenis multatur*, quae multa Iudici cedit, cuius sententia ex capite nullitatis impugnata fuerat. *Multa.* Cessat autem haec pœna 1) si incidenter, non principaliter nullitas in iudicium sit deducta, e. g. alio remedio suspensiuo interposito. PHILIPP. *Cons. 4.* 2) si contra Decretum mota sit, cum *Ordinatio Proc.* de sententia stricte sic dicta ex opinione Dd. accipienda sit, (b) 3) si per modum exceptionis allegetur,

† d. §. 1. ORD. REC.

4) si querela ab initio per sententiam reiiciatur, PHIL. *l. c.* quam vltimam limitationem non admittit RIVINVS *En. XI.*

Q SECT. IV.

(b) Quod mutatum videtur per O. R. d. T. §. 1.

SECTIO IV.
DE
EXECVTIONE.
§. I.

Praeceptum executiuum.

POstquam igitur sententia condemnatoria transiit in rem iudicatam, si condemnatus ei se submittere recuset, *executionem* peragit iudex, quam *praecedit praeceptum executiuum*, (a) quo ipso dies executioni destinatus exprimitur atque indicatur. (b)

† *Iure Magdeb. terminus, intra quem ipsi satisfaciendum, addita contumaciae*

---

1. (a) Itaque minus recte procedunt, qui ex re iudicata executiue agunt, et nouam litem incipiunt, cum statim possint petere praeceptum executiuum.

(b) O. R. T. XXXIX. §. 1. iubet iudicem parte petente, solutis sportulis, executoriales aut requisitoriales intra 14. dies expedire, nisi incurrere velit multam 5. thal. qua et iudicis requisiti negligentia coercetur, si is intra idem spatium praeceptum executiuum non insinuet.

ciae poena, praefigi debet in ipſa ſententia, ORD. GEN. d. emend. re iudic. §. 47. *vel reiectione appellationis.* ib. §. 48.

§. II.

Continere autem *debet* in Saxonia *in actione perſonali* (a) *terminum Saxonicum,* *Spatium.*

† *in Ducatu Magdeburgico menſem.* ORDIN. PR. cap. 46. §. 4.

in realibus, in rem ſcriptis, itemque perſonalibus, *quibus rem* in ſpecie nobis *reſtituendam* petimus (b), *XIV. dies* ſufficiunt:

† dict. cap. 46. §. 3.

vtrumque tempus computatur (c) a tempore inſinuati praecepti. (d)

2. (a) E. c. mutui. Iure nouo 14. tantum dies. O. R. d. T. §. 5.
(b) E. g. commodati, depoſiti, pignoris, locati. BERG. *Elect. pag. 1073.*
(c) Terminusque executiuus eo demum elapſo conſtituitur, plerumque den Tag darauf. O. R. d. §. 5.
(d) De executione ſententiae, qua quis aliquid facere, aut intermittere iuſſus eſt, vid. O. R. d. T. §. 2. et 3.

§. III.

Quis exequatur. Executio fit per iudicem (a), ſub cuius iurisdictione bona ſita ſunt, in quae executio facienda eſt. conf. *Ord. Proceſſ. Sax. Tit. XXXIX. pr.* MENCKEN *ad ff. p.* 522. (b)

§. IV.

Modus executionis re exſtante. Atque *ſi res* quidem illa, quae *reſtituenda* eſt, *adſit*, per executorem aufertur, et *actori traditur*, aut ſi immobilis ſit, actor in eam immittitur; (a) ſin res ipſa non ex-

3. (a) Quem requirit iudex, a quo reus condemnatus eſt, praeceptum autem executiuum inſinuat, et terminum executionis conſtituit iudex, ſub quo bona ſita ſunt.

(b) Regimen Elect. Curiae Prouinciales et Conſiſtoria executionem praefectis plerumque committere ſolent. add. KRAVS. *L. I. C. 6. S. 4. §. 2.*

4. (a) Et reus exmittitur, interdum etiam ad actoris inſtantiam ſequeſter conſtituitur, e. g. actione hypothecaria inſtituta, O. R. T. XXXIX. §. 4.

exſtet, aut quantitas petatur, *exe-cutio* primum (b) fit *in mobilia*, (non tamen ea, quae ad artem debitoris exercendam, vel ad agriculturam pertinent, e. g. inſtrumenta (c);) quae aeſtimantur et creditori in ſolutum dantur, aut ſi de pretio inter partes non conueniat, publice venduntur. (d)

Quantitate petita fit in mobilia,

(b) Niſi creditori hypotheca ſpecialis competat. Namque eo caſu ſtatim in fundum oppignoratum executio fieri poteſt. O. P. T. XXXIX. §. Und da das, ibique ZIGLER. *p. 223.* Iure Sax. nouiſſimo arbitrio creditoris relinquitur, vtrum executionem in mobilia, immobilia, an in nomina aut actiones fieri malit. O. R. d. t. §. 7.

(c) Niſi in ſubſidium, h. e. ſi nec mobilia reliqua, nec immobilia aut iura ſufficiant. ORD. PROC. SAX. *Tit. XXXIX.* §. anfänglich. 5. quod iure nouiſſimo non mutatum videtur.

(d) ORD. PR. SAX. *dict. Tit.* §. und wenn alſo, verbis: ſolches von 14. Tagen zu 14. Tagen drey mahl öffentlich ausge-

§. V.

immobilia Si mobilia non ſufficiant, *exe-*
cutio fit *in res immobiles*, atque peragitur *actu reali*, e. g. amputatione rami, exſectione feſtucae (a); ſi immobilia quoque vel deſint, vel
et iura. haud ſufficiant, *ad iura et nomina* debitoris peruenitur. (b) In quae qua

---

ausgeruffen, und dem ſo am meiſten dafür geben will, gelaſſen werden.

† *De Iure Magdeburgico*, vid. *ORD. PR.* c. 46. §. 9. 10. *ORD. REC.* §. 7.

Cuius aeſtimationis et ſubhaſtationis in locum auctionem commode ſubſtitui poſſe, monet BERG. *El. pag. 1093.* Quid iure nouiſſimo circa conſignationem, taxationem, cuſtodiam, dationem in ſolutum, venditionem, aut auctionem mobilium obſeruari debeat, docet O. R. d. l. §. 8. 9.

5. (a) Per hanc pignus iudiciale conſequitur creditor. BERG. *Elect. p. 633.* Hodie executio et immiſſio vno actu perficiuntur. O. R. d. l. §. 10.

(b) Exceptio eſt in minoribus, nam ſi aduerſus eos executio ſuſcipiatur, in actiones et nomina ea prius, quam in

qua ratione executio fiat, exponit BERGERVS *Elect. p. 1225. seqq.* (c)

§. VI.

Intra terminum, quem praeceptum executiuum continet, *licitum* est adhuc *vrgere* (a) *exceptiones*, *Exceptiones contra executionem.*

† *solutionis, compensationis, non alias, ORD. VETVS* ib. §. 4. *RECOGN.* c. 47. §. 9.

in immobilia fieri debet. ORD. PR. SAX. *Tit. XXXIX.* §. Endlichen. Quod hodie vix obtinebit, ob relictum creditori arbitrium, in quae bona executio peragi velit. O. R. d. l. §. 7.

† ORD. PR. MAGD. d. c. 46. §. 11. 18.

(c) Qua ratione hodie executio in nomina fiat, apparet ex O. R. d. l. §. 20. quae et quando in debita cambialia illi locus sit, ostendit.

6. (a) Modo intra tres septimanas a tempore insinuati praecepti executiui opponantur, vid. *DEC. ELECT. 2. RES. GRAVAM. d. anno 1657. Grauam. 2. 3. 4.* Quod mutatum videtur per O. R. d. l. §. 6.

ſed *liquidas* in continenti,

† *De Iur. Magd.* vid. *ORD. PR. REC.* c. 47. §. 9. 10.

nec antea penitus reiectas deſertasue, BERGERVS *Elect. p. 1082.*

† d. ORDIN. VET. cap. 46. §. 4. ORD. GEN. d. emend. re iudic. §. 47.

quin immo *in* ipſo *executionis die* adhuc admittitur liquida *ſolutionis*, *compenſationis*, *Deciſ. Elect.* 2. et *vſurariae prauitatis* (b) exceptio. (c)

§. VII.

(b) Hanc enim admittit das Torgauiſche Ausſchreiben Tit. von wucherl. *Contracten* §. da aber, cui per *DECIS. ELECT. II.* non videtur derogatum. Ita *Facultas Iuridica Vitembergenſis anno 1708.* ap. BERG. *Supplem. Tom. II. pag. 325.* Sed vid. *MANDAT. ELECTOR.* von wucherl. *Contracten Corp. Sax. p. 502.* §. da aber dennoch, quod videtur eam tantum admittere, ſi intra terminum Saxonicum oppoſita fuerit. O. R. d. l. §. 6. non alias admittit exceptiones, quam ſolutionis, compenſationis, transactionis et rei iudicatae, et has quoque non aliter, quam ſi ſint liquidae

§. VII.

Executionem *in res immobiles* **Immissio.**
factam sequitur *immissio*, eaque decernitur per praeceptum,

† *De Iure Magdeburgico*, vid. *ORD. PROC. REC.* cap. 46. §. 5.

quod apud nos terminum Saxonicum.

† *in Ducatu Magdeburgico mensem*, *ORD. PROC.* d. cap. §. 11.

continere debet. (a) Fit per actum symbolicum, dum ignis v. g. extinguitur, et iterum accenditur, MENCKEN *ad ff. p. 523.* et tribuit facultaQ 5

---

dae in continenti, alias enim reiiciuntur zu absonderlicher Ausführung, oder nach Gelegenheit des Processes, in die reconuention.

(c) Perinde exceptionem erroris calculi admittit RIVINVS *Tit. XXXIX. En. 12.* si liquida sit in continenti.

7. (a) Hodie quod diximus executio cum immissione vno eodemque actu perficitur, et per eam immissus ius reale consequitur, eidemque hoc nomine iudiciale attestatum datur, atque de facta immissione in libellum, quo consensus iudiciales continentur, refertur. O. R. d. l. §. 10.

cultatem possidendi et fructus percipiendi, sub onere tamen reddendarum rationum. (b)

§. VIII.

Subhastatio. Tandem *ad subhastationem* peruenitur, (a) in primis si ex fructibus rei, in quam immissus est creditor, ei satisfieri nequeat; atque res illa publice per tres quaterdenas continuas vendenda primum *in genere* (b) exponitur, dein invento licitatore *ad specialem* subhastationem proceditur, BERGERVS *Elect. pag. 1118.* (c) plurimum-

(b) Nisi sequestrum curet constitui. RIVINVS *loc. cit. Enunc. 23.* add. O. R. d. l. §. 4.

8. (a) Elapsis nimirum 14. diebus post immissionem. RES. GRAVAM. *de anno 1661. Grauam. 6.* Hodie 4. septimanis, O. R. d. l. §. 11.

† *mense iuxta* ORD. PR. MAGD. §. 11.

(b) Generalem enim subhastationem semper praecedere debere probat BERG. *dict. loc. p. 1119.*

(c) Iure nouo sublatae sunt speciales illae subhastationes, per O. R. d. t. §. 15.

mumque licitanti tandem *addicitur*, vt creditori ex pretio satisfiat.

† *in Ducatu Magdeburgico sub hasta venditur, et post quatuor septimanarum interuallum plurimum licitanti adiudicatur.* ORD. PROC. REC. cap. 46. §. 7.

Cetera, quae de subhastationibus afferri poterant, alibi traduntur. (d)

† *Conf.* d. c. §. 8 -- 11. 16. *j.* ORD. VET. §. 13 -- 17.

§. IX.

Id tantum omittendum non est, actus executoriales interdum ob contumaciam pro factis haberi, MENCKEN *ad ff. p. 523. in fin.* interdum consentiente debitore ficte peragi (a), *Actuum execut. omissio.*

† *add.* ORD. MAGD. §. 20.

non-

(d) Qua ratione iure nouissimo subhastatio peragatur, pluribus exponit O. R. d. t. §. 11 -- 19.

9. (a) Wenn der debitor sich erkläret, daß er sie vor geschehen halten wolle, atque haec ficta executio immissioque perinde ac vera efficax est, et ius reale tri-

nonnunquam etiam ſine ambagibus ſtatim ad ſubhaſtationem perveniri, e. g. ſi pacto ita fuerit conuentum. *conf.* RIVIN. *Tit. XXXIX. Enunc. 19. ſeq.*

CAP. VII.

SISTIT QVAEDAM CAPITA, QVAE IN PROCESSIBVS QVANDOQVE OCCVRRVNT.

SECTIO I.

DE INTERVENTIONE.

§. I.

Connexio. HActenus potiſſima proceſſus ordinarii capita eo ordine, quo cauſae

---

tribuit, modo debitor, ſe ſimul declaret, quod ius reale creditori concedere velit, atque iudex conſentiat. BERG. *Oec. pag. 1150. not. 13.* add. O. R. T. XLVII. qua derogatum eſt

cauſae in iudicio ventilari ſolent, perſecuti ſumus. Supereſt, vt, antequam ad reliqua iudiciorum genera progrediamur, paucis ea quoque attingamus, quae non in omnibus quidem cauſis regulariter occurrunt, ſed non raro tamen interueniunt, et telam proceſſus ordinarii interrumpunt, aut vlterius ſaltim, quam alias factum fuiſſet, extendunt.

§. II.

Pertinent huc inprimis interuentiones. Eſt autem *interuentio* vel *principalis* vel *acceſſoria.* Qui principaliter interuenit, vnum ex litigantibus excludere cupit, (a) cum contra in acceſſoria interuentione tantum vni ex partibus aſſi-

Interuentio, principalis, acceſſoria,

O. V. Ceterum hoc quoque caſu in libris conſenſuum annotatio fieri debet, et creditori atteſtatum denegari nequit. d. l.

2. (a) Plerumque actorem, aliquando etiam reum.

affiſtat, ac propter intereſſe ſuum eandem litem veluti (b) aſſumat.

§. III.

Intereſſe interuenientis.

Interueniens tenetur demonſtrare intereſſe ſuum, vbi tamen plena probatio non requiritur (a), neque remonſtratio alteri permittitur, O. R. T. XV. §. 2. iuramenti

(b) Veluti, inquam; neque enim ORD. PROC. SAX. *Tit. XV. verb. reaſſumire* ſolemnem reaſſumtionem exigit, de qua *Sect. III. hui. cap.* agitur, ſed tantum interuenientem cauſam in eo ſtatu, quo illa eſt, indicat ſuſcipere teneri. ZIGL. *ibid. p. 101.* add. O. R. T. XV. §. 2.

3. (a) Sed ſufficit vnus teſtis, ſufficiunt et alia adminicula probationum, ZIGL. *ad Tit. XV. Ord. Proc. Sax. verb.* ſummariſcher Weiſe. MENCKEN. *ad dict. Tit.* §. 4. O. R. T. XV. §. 2. requirit, vt illa probatio fiat aut per documenta, aut per vnius teſtis iuratam depoſitionem. In proceſſu tamen executiuo interueniens non eſt audiendus, niſi ius ſuum per documenta guarentigiata probare poſſit. BERG. *Elect. pag. 445.*

ti quoque delatione vti non prohibetur, qui alia ratione intereſſe ſuum demonſtrare nequit. (b) Si nec hac vtatur, repellitur, ZIGLERVS *dict. loc. verb.* ſtarcke *praeſumtiones.* pag. 101. (c) aut iuramentum ſaltem calumniae ei iniungitur. (d)

† ORD. PROC. MAGD. cap. 25. §. 1.

§. IV.

Principaliter interuenire quis *quouis tempore* (a) poteſt, (b)

† *non tamen poſt ſententiam* ORD. PR. MAGD. cap. 25. §. 3. *niſi interpoſita*

Tempus ac modus interuent. principalis.

(b) Hanc iuramenti delationem non admittere videtur O. R. d. l. verb. oder wenigſtens.

(c) Sicuti etiam, ſi intereſſe eius non ſit praeſens, ſed tantum futurum, aut ſi cauſa ei non praeiudicet.

(d) Hoc iuramentum exigi poteſt et ab eo, qui principaliter, et ab eo, qui acceſſorie interuenit, etiam ex officio, ſi ſuſpiciones adſint. O. R. d. l. §. 3.

4. (a) Etiam poſt ſententiam in inſtantia appellationis latam ad impedien-

pam

posita leuteratione vel appellatione, qua vires eius suspenduntur, donec interuenientis interesse deductum fuerit §. 4.

atque tunc eius tanquam partis principalis peculiaris habetur ratio, (c) neque continuat causam in eo

dam executionem, ZIGL. *ad Tit. XV. Ord. Proc. Sax. pag. 100. verb.* in erster und anderer Instanz. Iure nouo interuentio post rem iudicatam locum non habet, nisi interuenientis interesse sit in continenti liquidum, aut damnum irreparabile, de quo iudex arbitrabitur, metuendum. O. R. d. l. §. 1.

(b) Hodie interuentio principalis fieri debet intra terminum saxonicum, a tempore scientiae aut quaesiti iuris interueniendi computandum. Quod iudice vel parte postulante interuenienti iureiurando confirmandum est. Hoc elapso non admittitur, sed ad actionem separatam instituendam (zu absonderlicher Ausführung) remittitur. d. §. 1.

Formulae. (c) Vnde in sententiis separatim eius fit mentio, e. g. Klägers an einem, Interuenientens am andern, Beklagten dritten theils. Contra si accessoria sit interuentio, ei, cuius causa interuenit,

eo ſtatu, quo illam deprehendit, ſed nouo inſtituto proceſſu *ex integro inchoat*,

† ORD. PROC. MAGD. REC. c. 25. §. 1.

atque proceſſum inter actorem et reum agitatum interim veluti ſuſpendit. (c)

† *niſi actor cautionem eo nomine praeſtet.* ORD. PR. MAGD. ib. §. 3.

§. V.

Contra *acceſſorie interueniens cauſſam continuat* tantum, *acceſſoriae.*

† ORDIN. PROC. MAGD. c. 25. §. 2.

non interrumpit. Aque hunc quidem ſtatim, ex quo intellexit litem agi, interuenire debere contendunt haud pauci, (a) quod nec Commu-

R ni,

---

nit, in prologo ſententiae coniungitur: In Sachen Kl. an einem, Bekl. und Interuenientens 2. und 3ten theils ꝛc.

(c) Vnde pronunciatur: Und wird inzwiſchen mit der Sache billig in Ruhe geſtanden, vid. RIVINVS *Tit. XV. En. 3.*

5. (a) Vid. D. BERG. *in Elect. Diſc. for. h. p. 454.*

ni, nec Saxonico iure requiritur. (b) Si minus tempestiue interuenerit, separato processu interesse suum persequi non prohibetur.

SECTIO II.

DE LITIS DENVNCIATIONE, ET NOMINATIONE AVTORIS.

§. I.

Litis denunciatio. *Litis Denunciatio* est actus, quo is, cui euictio metuenda est, autori suo id indicat, vt sibi assistat, ac re euicta euictionem praestet. Fieri potest non tantum a reo, sed et ab actore. (a) Debet autem regulariter

(b) Neque video, cur non, quandocunque velit, interuenire possit, cum tantum liti adhaereat, eamque sine cuiusquam praeiudicio assumat. Sed nec O. R. T. XV. §. 2. hanc accessoriam interuentionem ad certum fatale restringit.

1. (a) E. g. si actio alicui cessa sit, et cessionarius agat contra debitorem, debitor

riter (b) *per iudicem* fieri, nec extraiudicialis notificatio huic rei sufficit.

§. II.

Quibus in causis euictio praestanda sit, adeoque lis denunciari debeat, ex Digestis hic non repetemus. Id tantum admonere liceat, litis denunciationi *non* esse locum *in possessorio summarissimo.* Ita pronunciauit *Facultas Vitembergensis* anno 1707. Mense Octobr. (a) nisi

Causae, in quibus locum habet.

bitor autem ei exceptiones opponat; tum enim actor denunciare potest cedenti litem, vt sibi replicanti assistat.

(b) O. P. T. XIV. §. 1. nisi scilicet pacto aliter conuentum. RIVINVS *Tit. XIV. Enunc. 8.* Iure communi etiam extraiudicialis denunciatio sufficit. KRAVS. I. 1. C. 7. S. 3. §. 1.

2. (a) Cuius rei hanc reddunt rationem, quod ea facti magis sit, quam iuris, nec quisquam factum tertii (turbationem possessionis) praestare teneatur, vid. BERG. *Elect. Proc. Possess. th. XXXVII.* atque hanc sententiam confirmat O. R. T. XIV. §. 1.

quis etiam praesentis possessionis euictionem promiserit. (b)

§. III.

Tempus. Litis denunciatio *iure ciuili* regulariter *quocunque tempore* fieri potest, etiam in instantia demum appellationis, (a) sed iure *Saxonico re integra fieri debet*: Vnde tutissime fit ante litis contestationem, cum post eam exceptiones peremtoriae non amplius vrgeri possint, nisi quae ei statim fuerant adiectae. (b) Hinc is, qui in primo

(b) Imo vix sufficit, venditorem promisisse, die Sache in petitorio & possessorio zu gewähren, cum hoc ad possessorium ordinarium referri possit, nisi summarii possessorii quoque facta sit mentio. Sed & hoc casu venditor non tenetur, si tertius demum post factam emtori traditionem, possessionem acquisiuerit.

3. (a) Quia iure ciuili in appellatione etiam nouae probationes admittuntur.

(b) Licet vulgo vsque ad reprobationem tempestiue satis eam fieri putent. vid. RIVIN. *loc. cit. Enunc. II.* Iure Sax. Elect. nouissimo litis denunciatio mini-

mo termino litem denunciat, non tenetur in euentum litem conteſtari: neque illi litis conteſtatio ſub praeiudicio et cum expenſis hoc caſu iniungi debet. (c) fac. ORD. PROC. SAX. *Tit. XV. pr.*

† *Sed ſimpliciter ad proximum term.* d. §. 1.

§. IV.

Debet lis denunciari autori proximo, RIVINVS *Tit. XIV. Enunc. I.* qui tamen etiam aduerſus ſuum autorem actionem cedere (a) denun-

Autor, cui facienda.

minimum 8. diebus ante terminum conſtitutum fieri debet, vt nouus terminus, integrum ſpatium Sax. complectens, praefigi poſſit, ad quem is, cui lis denunciata eſt, transmiſſa libelli et litis denunciationis copia, citatur, et ſub poena 5. thal. ſe ipſum ſiſtere iubetur. O. R. T. XIV. §. 1.

(c) Diſſent. CARPZOV. *L. III. Reſp. 10.* & MARTINI *ad §. 1. h.* RIVINVS *Enunc. 12.* Conſent. BERG. *Elect. p. 434.* add. D. MENCKEN. *h. l. §. 4.* Quid in Sax. Elect. obtineat, dictum eſt lit. praec. (b)

4. (a) Sed hanc ceſſionem non tenetur acce-

cianti poteſt, RIVINVS *loc. cit. Enunc. II.* Ceterum vna cum denunciatione libellus et copiae actorum denunciato transmittendae ſunt, (b)

† dict. §. 1.

alias non rite facta denunciatio eſſe cenſetur. (c)

§. V.

Denunciazi comparitio.

Si *denunciatus* compareat, (a) integrum ei eſt, (b) *denuncianti aſſi-*

acceptare, qui ſuum a proximo autore conſequi poteſt.

(b) Hodie denunciationis & libelli, d. §. 1. quod et de iis, quae libello adduntur (von denen Beylagen) intelligendum eſt.

(c) Si iudex denunciationem facere nolit, deſuper fertur ſententia: Und wird Meuio lis gebührend billig denuncirt.

5. (a) Hoc caſu tentanda eſt ante omnia inter partes concordia. O. R. d. §. 1.

(b) Inuitus enim denuncianti aſſiſtere non tenetur, O. R. d. §. 1. Quod ſi tamen ſe aſſiſtere velle promiſerit, atque id non praeſtet, denuncianti, etiamſi ille in cauſa obtineat, expenſas proceſſus reſtituere tenetur, d. §. 1.

assistere ac causam eius instruere. (c) Sin rite citatus emaneat, denuncians litem solus continuat, denunciatio autem perinde, ac si ille comparuisset, suos sortitur effectus. (d) *contumacia.*

† ORD. PR. MAGD. cap. 24. §. 2. *tribuitque forum competens nulla exceptione declinandum.* ibid.

§. VI.

Nimirum si denuncians causa cadat, *denunciatus ei ad euictionem* praestandam, et expensas etiam restituendas *obstringitur*; (a) sin obtineat, *Effectus denunc.*

(c) Non tamen ideo denuncians ex lite dimittitur. ZIGL. *ad d. Tit. pag. 97.* Nisi scilicet pars altera consentiat. O. R. d. §. 1.

(d) Et pronunciatur: Und dieweil Bkl. Meuio litem gebührend denunciren lassen; so hats dabey sein Bewenden. RIVINVS *Enunciat. 14.* Idem obtinet, si compareat, sed denuncianti non assistat.

6. (a) Neque obiicere potest denuncianti exceptiones, quas illi, denunciatione facta, non suppeditaverat. O. R. d. l. §. 2. verb. dagegen. Contra, si litis denunciatio tempestive facta non fuerit, actio contra auctorem locum non

tineat, *expensas* non recuperat, (b) nisi pacto sibi prospexerit, easque sibi etiam in casum victoriae restitui stipulatus fuerit. (c)

§. VII.

Nominatio auctoris a quo fiat,

Nominatio autoris fit a reo, qui actione reali vel in rem scripta, ob rem, quam alieno nomine possidet, conuenitur, vi cuius se ex lite dimitti, et alterum, cuius causa rem tenet,

quando,

citari postulat. Fieri debet *ante Litis contestationem*, (a)

† ORD. PROC. MAGD. c. 24. §. 4.

alias saltim ad expensas (b) restituen-

---

non habet, nisi euincentis manifesta sit iustitia. O. R. d. §. 2.

(b) De Iure Sax. Elect. nouiss. vid. §. praec. V. lit. (b)

(c) In casum victoriae inquam, scilicet si expensae forte compensentur; alias enim pactum de expensis restituendis restringi poterit ad casum factae euictionis.

7. (a) Hodie statim ab initio et ante terminum primum fieri debet, alias nominans incurrit mulctam 5. vel 10. thl. O. R. T. XIV. §. 3.

(b) Addunt alii, ad aestimationem litis teneri,

tuendas condemnatur, qui hanc exceptionem non ſuo tempore allegauit.

§. VIII.

Nominare vero *ſufficit* autorem, *quomodo.* nec probatio hoc nomine reo iniungenda eſt. MENCKENIVS tamen *h. t.* §. *fin.* monet, demonſtrationem nominanti iiunctam fuiſſe, ſed ſatius eſt,

† *niſi nominatio manifeſte calumnioſa fuerit, quo caſu praetereunda* d. cap. 24. §. 6.

nominatum ſtatim citari, (a) qui ſi neget rem eſſe ſuam, nominans ad eam absque mora reſtituendam compelli poterit; aut in expenſas condemnari. (b)

R 5 §. IX.

---

teneri, quod vix obtinebit, niſi vbi ſciens quis liti ſe tanquam poſſeſſor obtulit actori ignoranti, non itaque ſi in Litis Conteſtatione negauerit ſe poſſidere, licet autorem haud nominauerit.

8. (a) O. R. d. §. 3. iubet nominatum ſine ulla probatione citari, ſi actio in foro rei ſitae inſtituta ſit.

(b) Iure nouo hoc caſu nominans non tantum

§. IX.

Forum nominati.

Nominatus autem *non tenetur in eo foro*, quo nominantem actor conuenerat, (a) *comparere*, nisi sit rei sitae, aut competens etiam ratione nominati. (b)

SECTIO III.

DE REASSVMTIONE LITIS.

§. I.

Reassumtio litis

QVoties actorem vel reum pendente lite decedere contingebat,

---

tantum rem restituere compellitur, sed et, si dolo malo facta fit nominatio, in expensas condemnatur, atque mulcta arbitraria coercetur, O. R. d. §. 3.

9. (a) Scilicet in foro nominantis. O. R. d. §. 3. verb. oder da in Foro Domicilii geklaget worden, der Kläger an des Nominati ordentliches Forum verwiesen werden.

(b) Interim nihil videtur obstare, quo minus, qui nominantem in foro domicilii conuenit, contra nominatum in foro rei sitae experiatur. Dissent. BERG. *Elect. pag.* 434.

bat, heredes eorum olim litem re- *hodie non*
assumere tenebantur, ex sententia *est necessu-*
non tam legibus firmata, quam vsu *ria.*
(a) recepta. Immutatum hoc est
postea, cautumque & imperii (b)
et Saxonico (c)

† *et Magdeburgico ORD. PR.* c. 26. §. 1.

iure, *reassumtione non* esse *opus*, quoties *clausula heredum mandato* sit *inserta*, (d) vt tamen nihilo minus *nomina heredum* intra terminum Saxonicum (e) procurator ad acta referre (f) teneatur. MANDATVM

1. (a) Quam approbauit tamen ORD. PR. SAX. *Tit. XVII.*
(b) per *RECESSVM IMPERII nouissimum de anno 1654.*
(c) Per dict. *MANDATVM ELECT.* et O. R. T. XVII. §. 1.
(d) Etiamsi heredes alium procuratorem constituant. RIVINVS *Enunc. 2.* Post O. R. reassumtio litis, quoad heredes, prorsus sublata est.
(e) In Curiis et Senatu gegen nächst-künfftigen Termin.
(f) Imo et nouum mandatum exhibere, vid. D. BERG. *h. p. 489.*

† *secus iure Magdeburgico, nisi defuncti*

DATVM ELECTOR. *de anno 1655.*

§. befehlen.

† *iure Magdeburgico intra mensem, aut si exteri, iique dissiti fuerint, intra octo septimanas a tempore notitiae.* d. §. 1.

§. II.

Casus excepti.

Hodieque tamen *reassumtio necessaria* est, (a) (1) si quis tempore mortis mandatarium non habuerit,

---

functi mandatum heredes comprehendens nondum fuerit ad acta relatum. ORD. PR. REC. cap. 26. §. 1.

aut ratihabitionem saltim, MENCKEN. *add. Tit. §. 2.* elapso nimirum deliberandi spatio. RES. GRAV. *de anno 1661. Grauam. 20.* interim autem litem continuat, RIVINVS *Enunc. I.* Iure nouo beneficium deliberandi non liberat heredes a continuatione litis, fatalia tamen ipsis non currunt, nisi post 4. menses, a morte eius, cui succedunt, computandos. O. R. T. XVII. §. 1.

2. (a) Ex quo apparet, *Titulum XVII.* ORD. PR. SAX. de reassumtionibus non omnino inter leges abrogatas referri posse, quod ZIGL. fuit visum, *pag. 106.* O. R. hoc quoque casu reassum-

rit,(b) RIVINVS *h. En. VI. VII.* (2) si mandatarius liti renunciet, eamque post clientis mortem continuare nolit, vid. tamen MENCKEN *loc. cit.* §. *III.* (3) si clausula heredum in mandato non sit expressa, RIVINVS *Enunc. V.* (c) (4) si in singularem successorem, (d) non ad heredem lis transferatur, e. g. si intuitu officii quis egerit, et ante litem finitam obierit.

§. III.

sumtionis necessitatem sustulit. d. §. 1. verb. nicht durch einen Gevollmächtigten.

(b) Aut quasi Procuratorem tantum habuerit. MENCKEN. *h. Tit.* §. *5.* vbi tamen si quasi Procurator superstite Principali decedat, reassumtione non putauerim esse opus, sed vid. MENCKEN. *loc. cit.* Hodie etiam si quasi procuratorem defunctus habuerit, nulla reassumtione opus est.

(c) Hodie his quoque casibus reassumtio cessat.

(d) Pro quibus etiam habendi sunt successores feudales, die Lehns-Folger, sec. BERG. *Supplem. Tom. II. pag. 401.* et inprimis successores in officio. O. R. d. T. §. 2.

§. III.

Forma reassumtionis.

Haec *reassumtio fit per declarationem*, (a) qua quis significat, se causam continuare velle, eo in statu, quo defunctus illam reliquit. (b) *Requirit speciale mandatum*, si per procuratorem litem quis reassumat, MENCKEN §. 7. RIVINVS *Enunc. 12.* Contumax iubetur reassumere sub comminatione: **Daß widrigen Falls** lis pro reassumta **zu halten**, tandemque (c) pro reassumta

3. (a) Quae oretenus fieri debet, **vom Mund aus in die Feder, non in scriptis**, RIVINVS *Enunc. 14.*

(b) Vbi fertur sententia: **daß Kl. (Bekl.) litem zur Nothburfft reassumiret. Si minus recte facta: Daß Bekl. anderer gestalt und besser als geschehen, litem zu reassumiren schuldig.**

(c) Vbi requiritur, vt spatium integrum Saxonicum post sententiam comminatoriam ei, qui reassumere iussus est, concedatur, RIVINVS *Enunc. 15.* Hodie statim successor singularis citatur sub comminatione, **daß lis pro reassumta gehalten werden solle.** Citatio autem ad reassumendum continere

ſumta lis declaratur. Renunciare tamen cauſae licet, (d) modo heres renuncians expenſas litis aduerſario reſtituat, a qua reſtitutione tertius ſucceſſor eſt immunis. (e) O. R. d. §. 2.

SECTIO IV.

DE COMMISSIONIBVS.

§. I.

ADdamus etiam pauca de *Commiſſionibus*, quae vel ex officio, (a) vel ad inſtantiam partium (b) fiunt, *Commiſſionum diuiſio.*

---

nere debet duplicatum terminum Sax. O. R. d. T. §. 2.

(d) Haec renunciatio fieri etiam poteſt in termino ad litem reaſſumendam praefinito. O. R. d. §. 2.

(e) Quo caſu anteceſſoris heredes conueniri poſſe videntur ad expenſas litis temere motae reſtituendas, aut ſi officialis deceſſerit, ii, quorum iuſſu lis cœpta fuit. add. O. R. d. §. 2.

1. (a) Non tamen facile in praeiudicium iudicis ordinarii. O. R. T. I. §. 9.

(b) hoc caſu ſumtibus petentis commiſſio interdum decerni ſolet,

fiunt, et quandoque ad totam cauſam, (c) interdum ad vnum vel alterum tantum actum (d) dantur.

§. II.

Commiſſarii conſtitutio.

Vbi decreta Commiſſio eſt, *Commiſſario* literae eo nomine transmittuntur, quas *Commiſſoriale* vocant, qui vbi partes has in ſe ſuſcepit,

† *iuramentum iuſtitiae, niſi eo iam obſtrictus ſit, praeſtat. ORDIN. GEN.* de emend. iuſtitiae adminiſtr. §. 2. *add. ORD. PROC. REC.* c. 4. §. 6.

liti-

† ORD. PR. MAGD. c. 4. §. 9. *aut adiunctio Con-Commiſſarii §. 10.*

(c) Vbi iterum vel principaliter Commiſſario cauſa committitur, vel Iudici is tantum adiungitur, quo caſu directorium actorum et perceptio ſportularum iudici ordinario ſalua eſt. Reſol. Grau. d. a. 1661. Tit. von Iuſtitien-Sachen, §. 42. O. R. T. I. §. 9.

(d) vt ad teſtium examen, documentorumve productionem etc.

† *Ita ad tentandam amicabilem compoſitionem Commiſſarii deputandi, quoties ſubditi Praefectos conuenire cupiunt. ORD. PROC. MAGD.* c. 3. §. 1.

litigantes ad se vocat, (a) iisque, vbi comparuerunt, committentis voluntatem exponit, (b) tum partes sibi demandatas eodem modo, quo iudex ordinarius, expedit, tandemque ea de re ad committentem refert. *Officium.*

† *Commissarii ad testes examinandos rotulum minimum intra 14. dies transmittere iubentur.* ORD. GEN. de emend. re iudic. §. 40.

§. III.

Inprimis vero Commissario ca- *Potestas,* uen-

2. (a) Commissarius Principis citat immediate, non requisito iudice ordinario. RIVINVS *Tit. IV. En. 39.* sed et Commissarii Curiarum Prouincialium, facta tamen commissionis mentione. O. R. T. I. §. 9. add. Diss. MENCKENII *de immediat. Commiss. Princip. Citat.*

(b) Copia Commissorialium vna cum citatione transmitti solet. vid. tamen O. R. d. §. 9.

† ORD. PROC. MAGD. c. 4. §. 11. *nisi causa sit criminalis.* ORD. REC. ib. §. 8.

uendum est, ne *fines mandati* egrediatur.

† §. II.

Nam extra illos quicquid ab eo susceptum est, irritum habetur. (a) Quae *connexa* sunt, ac sine quibus commissio vix expediri potest, simul tacite mandata censentur. (b)

Ius substituendi. Substituendi ius Principis Commissariis tribuit *L. 5. C. de Iudic.* at personae plerumque industria et fides eligi solet, vt vix hodie, saltim citra necessitatem, integrum esse putem, aliis partes delegare.

§. IV.

De reliquis remissiue. Cetera, quae huc pertinent, plenius

3. (a) Vnde interuentio saltim principalis coram Commissario fieri nequit. MENCKEN *Disp. Proc. I. th.* 7. Sed nec compulsoriales contra tertium, a quo editio documentorum postulatur, decernere potest Commissarius, nisi haec quoque ipsi facultas concessa sit. *ita pronunc. Facult. Iur. Lipsi.* M. Sept. 1727.

(b) In dubio vero committentem consulet Commissarius.

† d. c. 4. §. II.

nius a *Rulando*, *Stryckio*, aliisque expolita sunt, (a) quae persequi h. l. non licet. Id solum addo, quod vulgo traditur, *a Commissariis* hodie *appellari ad committentem*, (b) de Commissariis Principis et Curiarum Prouincialium quidem recte asseri, at inferiorum Iudicum, si quidem ii Commissarios constituerint, (c) aliam videri esse rationem, adeoque ab illis statim prouocari posse ad committentium superiores. *Appellatio ad committentem.*

S 2 SECTIO

4. (a) qui de Commissariis pluribus in solidum datis, de modis, quibus Commissariorum potestas finitur etc. prolixe agunt. add. KRAVS. L. I. C. 7. S. 6. §. 6. seqq.

(b) CARPZ. *Lib. III. Resp. 124.*

(c) Idem obtinet, si Senatus aliquibus Ordinis sui certas causas, e. g. tutelares, mercatorias etc. demandauerit, neque enim ab his delegatis ad Senatum prouocatur, sed ad Iudicem proximum, cui ipse Senatus subest.

SECTIO V.
DE
RECONVENTIONE.

§. I.

Reconuentio. RESTAT, vt de *reconuentione* nonnihil addamus, quae cum *iure ciuili* etiam in *diuersis causis* locum habeat, iure *Saxonico* non nisi *in connexis* (a) obtinet, nam reliquae petitiones ad seperatum iudicium (zu absonderlicher Ausführung) reiiciuntur, coram iudice ordinario instituendum. RIVINVS *Tit. VI. Enunc. 8. 9.*

ad causas connexas restricta.

§. II.

Instituenda post Neque apud nos institui potest, nisi *post conuentionem finitam*, (a)

† *Iure*

1. (a) Atque hoc per O. R. non est immutatum, vid. O. R. T. VI. §. 2. Quaenam vero sint causae connexae, exponit CARPZOV. *Proceſſ. Tit. VI. Art. 3.* BERG. *El. pag. 197. et* Dd. *ad Tit. ff. de quibus reb. ad eundem iud.*
2. (a) Adeo, vt ne quidem ante eam finitam per modum conuentionis causa recon-

† *Iure Magdeburgico idem obtinet, ſi couertio- conuentio concernat cauſam ſumma- nem finiriam vel executiuam,* ORD. PR. cap. *tam,* 19. §. 1. *reconuentio vero ordinariam.* ORD. REC. ib. *alias vtraque ſimultaneo Proceſſu ita tractanda et decidenda eſt, vt vbique primum actoris, deinde rei poſitio producatur et ad acta referatur.* ORDIN. VET. d. l. §. 1. 2. ORD. GEN. d. emendand. re iudic. §. 38.

Finita vero intelligitur facta ſolutione, aut praeſtita ſatisfactione cum omni cauſa, fructibus etiam atque expenſis (b) reſtitutis, MENS 3 CKEN.

reconuentionis ſeparatim in iudicium deduci poſſit, RIV. *Tit. VI. En. 2.* Iure nouo alia omnia obtinent, et reconuentio non ſolum ante finitam, ſed etiam ante coeptam conuentionem inſtitui poteſt, non tamen eodem proceſſu tractatur, ſondern mit Haltung abſonderlicher Acten. Neque haec reconuentio curſum conuentionis remoratur, ſed ſi conuentio finita ſit, actor in reconuentione progredi non cogitur, antequam conuentioni omnino fuerit ſatisfactum. O. R. T. VI. §. 1.

(b) Quamuis expenſae adhuc ſint illiquidae, und noch unmoderirt. Quod hodie

CKEN. *T. VI.* §. *6.* vt ne depositio quidem iudicialis, ZIGLERVS *pag. 42. verb.* gäntzlich erledigt, (c) regulariter sufficiat.

§. III.

vel desertam, *Reconueniri* etiam (a) *potest, qui a conuentione destitit,* BERGERVS *Elect. pag. 196. not. 5.* eamque deseruit,

die obtinet conuentione finita, wenn Kläger den Beklagten würcklich ausgeklagt.

(c) Exceptio est, si reconueniendus sit suspectus de fuga, peregrinus, non possessionatus, cautionem idoneam præstare nequeat, eo enim casu depositio admittitur, si reus probabilem reconueniendi habeat causam, vel iuramentum malitiae praestet. ORD. PR. SAX. *Tit. VI. pr.* O. R. d. T. §. 1. modo absque mora reconuentionis libellum exhibeat. ZIGLER. *pag. 143.* alias enim, actore petente, ei ad reconuentionem instituendam terminus Sax. sub poena praecluſi praefigitur. O. R. d. T. §. 2. Ipsam quoque depositionem facile euitabit actor praestita cautione, de qua vid. MENCK. *h.* §. 7. O. R. d. T. §. 1.

3. (a) Etiam qui forum habet priuilegiatum,

ruit, (b) ſed et ſi *conuentionis cauſa ſiue ſummaria* vel executiua fuit, ordinaria in reconuentionem deduci poteſt: (c) vt vel maxime eo caſu reconuentio in Saxonia locum inuenire ſoleat. (d) Namque or- *ſummariam.*

giatum, modo iudex non ſit incompetens reſpectu cauſae. Nam de qua quis in Conuentione iudicare nequit, ea nec per modum reconuentionis apud illum in iudicium deduci poteſt. ZIGL. *pag. 43. in fin.* BERG. *El. p. 197.*

(b) Licet ante litis conteſtationem deſeruerit: imo etiamſi cautio non praeſtita ſit pro reconuentione, quam iure nouo ſublatam eſſe diximus L. I. C. 2. S. 4. §. 4. O. R. T. XIII.

(c) Imo hodie ſublato proceſſu ſummario, reconuentio fere reſtricta eſt ad conuentionem, quae executiuo proceſſu peragitur. O. R. T. VI. §. 2. Extra Saxoniam ſimultaneo proceſſu in conuentione & reconuentione proceditur. ZIGL. *pag. 45. verb.* Hülffe ſucht.

(d) Scilicet, ſi conuentionis proceſſus ſit executiuus, & exceptiones illiquidae reiiciantur in reconuentionem.

† ib.

siue ordinariam.

dinario processu instituto per modum exceptionis allegari et vrgeri possunt reconueniendi causae: quamuis omissas (e) exceptiones quin per modum reconuentionis proponere liceat, non sit ambigendum.

§. IV.

In causis iniuriarum citius inchoatur.

In causis iniuriarum, etiam nondum finita conuentione, *reconuentio* inchoari, atque *vsque ad litis contestationem* (a) *perduci potest*, eam

† ib. ORD. PROC. MAGD. c. 47. §. 12. RECOGN. §. 7.

(e) Non vero eas, daran sich der Beklagte bereits versäumet. Imo hodie etiam amissae exceptiones in reconuentionem deduci nequeunt, sed in causis, quae processu ordinario peraguntur, ea plane locum non habet. O. R. d. §. 2.

4. (a) Nam litis contestatione facta suspenditur reconuentio vsque ad finitam conuentionem, & pronunciari solet: Und dieweil Wiederbeklagter auf die erhobene Wiederklage geantwortet, so hat es noch zur Zeit dabey sein Bewenden, und wird dieser Sache bis nach Endigung des zwischen Klägern und Beklagten

PROCESSVS
ORDINARIVS
DIVINVS
SEV
PROCESSVS SVM-
MARIVS.

eam ob cauſam, vt et perpetua fiat haec actio, et tranſeat ad haeredes. ZIGLERVS *ad Ordin. Proc. p. 46.* MENCKEN. §. 8. (b)

LIBBER II.

DE PROCESSIBVS AB ORDINARIO DIVERSIS.

CAP. I.

DE PROCESSV SVMMARIO.

§. I.

OMnis *cauſa* in dubio *ordinaria* eſſe *praeſumitur*, poteſt tamen quaeuis, *ſi* *Cauſae ſummariae.*

Beklagten anhängigen Proceſſes billig Anſtand gegeben, conf. RIVINVS *loc. cit. Enunc. 3.*

(b) O. R. T. VI. §. 2. conſtituit in cauſis mu-

partibus ita videatur, ſummario proceſſu tractari. (a) Quae vero ſummariae natura ſua cauſae ſint,

† *quo actiones fiſcales leuiores refert, in grauioribus contra ſufficientem probationem a parte fiſci requirit* RESCRIPTVM d. 15. Octobr. 1716. COD. IVR. MAGD. Part. II. No. XLIII.

paſſim traditur. Itaque hoc vnum tantum addo, apud nos iuxta *Mandatum Regium de an. 1706. de Duellis* omnes *actiones iniuriarum*, etiam aeſtimatoriam, *ſummarias* cenſeri: (b) quem ſtilum *Collegia Vitembergenſia* accurate ſeruant.

§. II.

---

mutuarum iniuriarum reconuentionem plane ceſſare debere.

1. (a) Iure nouiſſ. Sax. Elect. Proceſſus ſummarius plane ſublatus eſt. *Append.* O.P.R. §. 1. quare quae ſequuntur, apud nos hodie locum non habent.

(b) Imo nouiſſimo *Mandato de an. 1712.* quo prius illud declaratur, actio aeſtimatoria plane ſublata eſt. vid. §. *XXII.* De Proceſſu autem, qui hodie in cauſis iniuriarum obtinet, Cap. 2. agemus.

† *Idem*

§. II.

Differt autem processus summarius ab *ordinario* (1.) *quoad libellum*: nam ordinariae causae proponi debent per libellum solemnem, summariae qualemcunque causae narrationem et petitionem tantum requirunt. (a) Vid. tamen HORNII *Dissert. de Processs. Summar. ex §. 8. Res. Grauam. §. 35. et 36.*

Differentiae proc. summ. ab ord. quoad 1) libellum,

§. III.

(2) Ratione *exceptionum dilatoriarum.* Nam cum in Processu Ordinario, qui sub poena confessi et conuicti litem contestari iussus est, am-

2) exceptiones dilatorias,

† *Idem factum* ORD. PR. MAGD. *RECOG.* cap. 50. §. 9. *Imo MANDATVM* Regium Prussicum d. 28. Ian. 1713. art. 11. *omnes actiones iniuriarum sustulit, praescripta breui ratione, causas iniuriarum sine omni strepitu definiendi.*

2. (a) De Iure Sax. Elect. nouiss. vid. O. P. R. Tit. V. §. 1. add. supr. L. I. C. 1. S. 1. §. 1.

amplius exceptiones dilatorias vrgere non poſſit, is, cui reſponſio ſub eadem commination iniuncta eſt, admittitur ad eas in ſecundo Termino opponendas. BERGER. *El. Diſc. for. p. 351.* Vnde quae de exceptionibus dilatoriis in primo Termino allegandis ORD. PROC. cauentur, ad cauſas ſummarias non pertinent, ex fori vſu, forte tamen praeter legislatoris mentem et Proceſſus Summarii rationes. (a)

§. IV.

3) litis conteſtationem, (3.) Quoad *litis conteſtationem.* Huius loco eſt in proceſſu ſummario *reſponſio:* **Einlaſſung und Antwort.** Solet autem in cauſis ſummariis reſponſio *generalis* facilius, quam in ordinariis tolerari.

§. V.

4) probationem, Inprimis vero (4.) ratione *probationis.* Nam haec ſolemnis eſt in cauſis ordinariis, contra in ſummariis

3. (a) De Iure nouiſſ. vid. ſupr. L. I. C. 2. S. 5. §. 2.

riis *demonstratio* tantum (**Beſcheinigung**) (a)

† *siue* Beybringen, *cum contra plena probatio iniuncta credatur ei, qui iubetur* darzuthun. ORD. PR. MAGD. cap. 30. §. 22. ORD. REC. ib. §. 1.

actori iniungitur. Differentiae autem probationis et demonstrationis potissimum sunt istae: 1.) quod probatio ad *fatale* adstricta sit, demonstratio non aeque, (b) nisi sen- 1.

5. (a) Quamuis autem O. R. Tit. XX. §. 1. in actione negatoria tantum requirat demonstrationem dominii, (Beybringen) non existimandum tamen est, hanc demonstrationem ad fatalia probationis non esse adstrictam, cum Processus summarius sublatus sit, *Append.* O. R. §. 1. De Concursu Creditorum et Possessorio summarissimo videbimus inf. suo loco.

(b) SCHWENDEND. *ad Fibig. p. 651. sq.* BERG. *Elect. pag. 631.* et *p. 703.* RIV. *ad Ord. Proc. Sax. Tit. XX. En. VI.* adeo, vt nequidem post lapsum aliquot annorum demonstratio deserta censeatur, quae per sententiam ad fatale certum non est adstricta.

ſententia (c) id fuerit definitum. (d)

† ORD. PR. MAGD. REC. cap. 30. §. 1. 10.

2. 2.) Quod illa *articulis* includenda ſit, haec non acque. (e)

† d. §. 10.

3. 3.) Quod probaturus per teſtes *interrogatoria* admittere teneatur, cum

(c) Quod plerumque fieri ſolet. Vbi tamen ſedulo, *quoad remonſtrationem*, etiam fatale illud *exprimi* debet, (per verba: in ebenmäßiger Friſt) alias demonſtratio quidem, ſed non remonſtratio aeque ad fatale erit adſtricta. BERGERVS *loc. cit. pag. 702.* SCHWENDEND. *loc. cit. pag. 653.* MENCKEN. *Tit. XXI. §. 7.*

(d) Solet autem plerumque ad terminum Saxonicum adſtringi: quamuis arbitrio iudicis etiam breuius ſpatium conſtitui poſſit, e. g. 3. oder 4. Wochen.

(e) Sed poterit ſtatim demonſtraturus documenta, teſtes, rotulos

† *non tamen Notariorum*, ORD. PR. MAGD. cap. 17. §. 2.

producere, iuramentumque deferre, BERG. *ad Lauterb. pag. 504.* MENCKEN. *ad Tit. XX. §. 1.*

cum in demonstratione ea recusare, ac contra illa possit *protestari.* (f) vid. BERGERVS *Elect. pag. 646. et 1766.* ID. *Supplem. Tom. II. p. 258. et 491. seq.* (g)

† d. §. 10.

4.) Quod *publicatio solemnis attestationum* post probationem partibus citatis suscipiatur, quod in demonstratione receptum non est. RIVINVS *Tit. XIX. Enunc. IV.* 4.

† d. §. 40. 5) *Quod probationum Disputationes in demonstratione ac remonstratione non admittantur.* ib. 5.

§. VI.

Ceterum quousque, quae circa probationem et reliqua processus ordinarii capita constituta sunt, ad demonstrationem causasque sum- ma- *Differ. dubia*

(f) Lipsienses tamen aliter sentiunt, et interrogatoria simpliciter etiam in processu summario locum habere censent. SCHWENDEND. *ad Fibig. p. 414.* RIVINVS *Tit. XX. Enunc. 44.* MENCKEN. *Tit. XX. §. 9.*

(g) an hodie in demonstratione dominii interrogatoria admittenda sint inuita altera parte?

marias proferri poſſint ac debeant, *dubium* admodum et incertum eſt.

quoad Guarandam, docum. copias

Vtrum in Proceſſu Summario *Guarandae praeſtatio* actori iniungi poſſit? (a) an articulis *documentorum copias* ſubiicere, (b) easque producto transmittere (c) neceſſe ſit?

et productionem,

Vtrum *productio* documentorum et teſtium, ſi *in* ipſo *Termino* facta non ſit, demonſtratio deſerta haberi debeat? (d)

conſcientiae defenſionem,

an *conſcientiae defenſio* in cauſis ſummariis absque articulis fieri poſſit? (e)

fatale remonſtrationis,

a quo tempore remonſtrationis *fatale* currere incipiat? (f) Vtrum, quae

de

6. (a) Negant Lipſienſes, RIVINVS *Tit. XII. Enunc. 4.* MENCKEN. *dict. Tit.* §. 2. Affirmant Vitembergenſes, BERGER. *Elect. Proc. Matrim.* §. 21.

(b) Quod negat BERG. *Elect. pag. 736.*

(c) Negat ID BERG. *Elect. pag. 633.* e RIVINVS *Tit. XXIV. Enunc. I.*

(d) Vid. BERG. *loc. cit. p. 739.* add. *Supr. L. I. C. 3. S. 3. §. I. lit. c.*

(e) Vid. IDEM *dict. loc. pag. 607.*

(f) Conf. omnino HORN. *de Proc. Summar. ex §. 8.* RES. GRAV. §. 49. publicatio enim ſolemnis atteſtationum

de dilationibus conſtituta ſunt, ad *dilationes*. cauſas etiam ſummarias pertineant? (g) vt plura alia omittam; nulla lege definitum eſt, vſus fori quoque in plerisque varius et parum conſtans eſt. Vt optandum omnino ſit, publica lege has controuerſias definiri, certamque formam conſtitui Summarii Proceſſus, qui nunc non raro, neſcio, annon et aliqua Iurisprudentum culpa, vlterius fere quam ipſe Ordinarius Proceſſus extenditur protrahiturque. Conf. *ſupr. L. 1. C. 3. S. 2. §. 1. lit. c.* (h)

§. VII.

num in demonſtratione non obtinet, §. *praec.* vt a citatione ad publicationem inchoari fatale illud nequeat.

(g) In negatiuam ſententiam pronunciauit *Ordo Iur. Vitemberg. an. 1713. Menſe Apr.* add. BERG. *El. pag. 669.* † *Conf.* ORD. PR. MAGD. REC. cap. 30. §. 5.

(h) Vid. MENCKEN. *Diſſ. d Anfractib. Summar. qui dicitur Proceſſ.* Sublata eſt itaque merito illa ſummaria procedendi ratio per *Ord. Rec. App. §. 1.*

§. VII.

Cauſae, in quibus hic proceſſus obtinet.

Singularis ratio eſt *Proceſſus Summarii*, qui *iuxta §. 8. Reſ. Grau. de anno 1661.* (a) inſtituitur. Hic in omnibus cauſis etiam ordinariis locum habet, ſi quis omnia libelli facta per documenta probare poſſit, ea tamen ita comparata haud ſint, vt ex ipſis executiue agi queat. (b)

§. VIII.

Modus probandi.

Per inſtrumenta vt *probari* queant *capita ſingula libelli* lex haec requirit

---

7. (a) In eo poſtulat actor a reo recognitionem documentorum, perinde ac in Proceſſu executiuo, vel potius Einlaſſung und recognition *a. d. §. 8. Reſ. Grau. verb. ſub poena confeſſi et conuicti.*

(b) e. g. Si quis agat ex libro mercatorio, BERG. *Supplem. Tom. II. pag. 1972.* quem iuramento confirmauit. Item in actione hypothecaria contra tertium inſtituta, qui in obligatione non eſt nominatus, ſi poſſeſſio probetur per atteſtatum iudiciale, plura exempla habet D. HORNIVS *ad h. §. th. 16. ſeqq. & §. 24. ſeqq.* MENCKEN. *Diſp. Proc. Proœm. I. §. 41.*

quirit. Itaque *non* puto audiendum eum, qui *per rotulos* causam suam conetur probare, (a) aut super quibusdam articulis *iuramentum* deferat; (b) Sed nec *editionem instrumentorum* petere licet a reo, (c) vt puta quae cum recognitione, eodem libello, postulari nequit.

§. IX.

Facta a *reo* documentorum recognitione, *integrum* ei est *exceptiones peremtorias opponere*, (a) easque per articulos remonstrationis probare. Remonstrationis inquam. Nam *actor* demonstrationem iam *Remonstratio rei.*

8. (a) Consent. BERG. *in Oeconom. p. 1161. not. 3.* contra rotulos quoque admittit HORN. §. 20. 21.
(b) RIVIN. *Tit. V. En. XXII.* HORN. *loc. cit. §. 22.*
(c) RIVIN. *Tit. V. En. XXXIV.* HORN. §. 34.
9. (a) *Etiam illiquidas*; nam integrum ei est exceptiones per testes probare, a[illegible] iuramenti etiam delatione vti. HORN. §. 43. BERG. *El. Proc. Execut. th. 5. seq.* et *Oeconom. pag. 1163. not. 4.*

anticipaſſe cenſetur, adeoque contra demonſtrationem exceptionum ad remonſtrationem non admittitur. (b) Saltim ex ſententia in Vitembergenſibus Collegiis recepta. Non enim deſunt, qui aliam ſententiam amplectantur, et remonſtrationem actori reſeruandam eſſe cenſeant. (c)

§. X.

Inutilitas huius proceſſus.

Atque ex hoc apparet, vix *conſultum* eſſe, actionem iuxta rationes d. §. inſtituere, BERGERVS *Elect. Proc. Execut.* §. *8.* HORN. §. *56. ſeq.* ſed, ſi executiue agere non liceat, ſummario, (a) de quo *praec. Cap.* egimus, proceſſu ſatius eſſe vti. In eo

(b) Videatur HORNIVS §. *51. ſeq.*

(c) Nimirum illi contendunt, recognitionem eſſe inſtar reſponſionis affirmatiuae ad libellum, adeoque ea facta reo probationem exceptionum, ſalua actori reprobatione, iniungi debere. Atque ita ICtos Lipſienſes aliquando pronunciaſſe recordor.

10. (a) Aut ordinario, pro indole cauſae.

eo enim si reus affirmatiue litem contestetur, sine dubio actori reprobatio salua est, et post negatiuam etiam rei responsionem per articulos elisiuos exceptionibus oppositis occurri potest. quare etiam *Nouissimo Iure* illa procedendi ratio prorsus sublata est. *App. O. R. §. 1.*

CAP. II.

DE PROCESSV SVMMARIO EX §. XXII. MANDAT. REG. DE DVELL. ET §. VI. TIT. I. ORD. P. S. REC.

§. I.

QVamuis *summarius*, qui vulgo ita dicitur, *Processus* in Saxon. Elect. per *Ord. Rec. Append. §. 1.* sublatus sit, *causæ* tamen *iniuriarum* non ordinario, sed irregulari plane Processu, absque ambagibus, peraguntur. vid. MANDAT. REG. DE DVELL. *an. 1712. §. XXII.* verb.

Singularia Process. ex §. 22. Mandat. Reg. de Duell.

Nach Art des in hieſigen Landen hergebrachten Rügen-Proceſſes ſummariſch verfahren ꝛc. werden ſoll. (a)

§. II.

circa libellum

Nullo in hoc Proceſſu *libello* opus eſt, cuius vicem ſuſtinet *denunciatio*, et ſimplex facti commemoratio. (a) Petitio quoque generalis ſufficit, qua contendit actor, vt ſibi ſatisfiat. (b) Producenda autem

1. (a) Vid. MENCKEN. *obſeruat. circa Proc. Sax. quo cauſae iniuriarum peraguntur.* KEMMERICH. *Diſſ. de Denunc. iniur. Saxon.* KRESS. *de quibusd. obſeruant. aequitat. repugnantib. circa Proceſſ. denunciat. in foro Sax.*

2. (a) In arbitrio autem actoris eſt, vtrum ipſe coram, an per literas de iniuria ſibi illata queri velit; Sed et, ſi ſolennis libellus offeratur, in viam denunciationis facile ſuſtinetur.

(b) Imo etiam, ſi nulla addita ſit petitio, non minus reus condemnari poteſt, *d. §. 22.* MANDAT. REG. Integrum tamen eſt actori petere, vt reo iniungatur eine Ehren-Erklährung, Abbitte, oder auch ein öffentlicher Widerruff, non

autem simul sunt documenta, si per ea probari iniuria possit, aut nominandi testes, qui fidem iudici facere possint. (c) Sin hi quoque deficiant, offerre se debet, qui denunciat, ad iusiurandum. (d)

§. III.

Hoc facto, citatur reus sub poc- *citatio-*

 na *nem,*

non aeque iniuriae aestimationem postulare. Actio enim aestimatoria prorsus sublata est per RESCRIPT. *Reg. de an. 1716. d. 7. Mart. add. Cap. 1. §. 1.*

(c) Dict. *Rescript. Reg.* d. an. 1716. verb. mit Anführung nöthiger Umstände, auch Beyfügnng und Anziehung derer zur Sache dienenden Schrifften, oder Benennung der Zeugen, so mit zugegen gewesen. Sufficit tamen, copias documentorum exhibuisse, si modo in termino praefixo ipsa documenta producantur; sed et nominasse testes satis est, quorum examen differri potest bis nach Beklagtens Vernehmung.

(d) Zu eydlicher Bestärckung seiner Rüge, oder Denunciation. Ipsa autem praestatio huius iuramenti, vt fiat ante citationem et responsionem rei, necesse non est.

na confeſſi et conuicti, aut ſi probatio per documenta fiat, ſub poena recogniti. (a) Copia denunciationis vt transmittatur reo, neceſſe non eſt, (b) ipſa autem citatio ſpatium 14. dier. continere debet. (c)

§. IV.

contumaciam et Si reus non compareat, pro confeſſo et conuicto, documenta, ad quorum recognitionem citatus fuit, pro recognitis habentur, (a) et

3. (a) Vel ſi non omnia Denunciationis capita probari poſſint per documenta, ſub poena conf. et conu. atque etiam recogniti, zur Vernehmung auf die überreichte Denunciation ſub poena conf. et conu. und zur recognition derer dabey inducirten Documente ſub poena recogniti.

(b) Olim dubitatum ea de re fuit, quam definiuit *Reſcr. Reg. d. 19. Febr. an. 1721.* vid. KRAVS. *L. II. C. 1. §. 11.* ex quo fluere videtur, vt copiae documentorum citationi adiiciantur, non requiri.

(c) Vid. *Mandat. Reg. de Duell. d. a. 1712. §. 22.* verb. eine 14. tägige Friſt von der inſinuation an zu rechnen.

4. (a) Idem obtinet, ſi reus per procuratorem

et fertur ſententia condemnatoria, (b) contra quam nulla reo contumaci defenſio conceditur. (c)

§. V.

Idem obtinet, ſi reus ſe ſiſtat quidem, ſed reſpondere iudici interroganti, aut recognoſcere documenta detrectet, (**wenn er ſich nicht vernehmen laſſen will.**) Litis conteſtatio enim in hoc Proceſſu locum non habet, neque ad eam reus ad- *reſponſionem rei*

torem comparuerit, hic enim non admittitur. vid. *Reſcript. Reg. d. 7. Mart. 1716.* Denunciantis alia eſt ratio. vid. MENCK. *cit. Diſſ. §. 16.*

(b) Etiamſi denuncians quoque non comparuerit, neque enim vt is denunciati contumaciam accuſet, neceſſe eſt. MENCK. *d. l. §. 13.*

(c) *Mandat. Reg. de Duell. d. §. 22.* verb. auch dem contumaci keine weitere deduction geſtattet werden. Saluae tamen ei ſunt exceptiones non ritae factae inſinuationis, legitimi impedimenti, et quae his ſunt ſimiles d. §. Ceterum prorogari iuſtis ex cauſis ex officio, vel etiam parte petente terminum poſſe, monet MENCK. *d. §. 12.*

mittitur, (a) contra generalis negatio, aut affirmatio eorum, quae proponuntur, hic facile ſufficit.

§. VI.

probationem

Quod ſi reus neget ea, quae actor retulit ad iudicem, teſtes audiuntur, (a) aut ſi hi deficiant, actor admittitur ad iuratam eorum, quae denunciauit, confirmationem, (b) iuramenti autem delatio in hoc extraordinario proceſſu exulat. (c)

§. VII.

5. (a) Vid. MENCK. *l. c.* §. 17.

6. (a) Neque vero hic ſolemnis probatio locum habet, itaque non opus eſt articulis, interrogatoria non admittuntur, rotulos tamen offerre licet.

(b) Fieri autem haec poteſt, etiam ante reſponſionem rei, ſed et poſt fruſtra tentatam per teſtes probationem, modo de veritate iurare poſſit denuncians. MENCKEN. *d. l.* §. 8. 9. Quod ſi iurare nequeat, aut nolit, reus actore non probante abſoluitur, atque hic etiam in expenſas condemnatur.

(c) Ergo nec iuramenti relatio, nec defenſio conſcientiae per probationes locum habet. vid. *Reſcript. Reg. d. 4. Mart. d. a. 1716.*

§. VII.

Integrum tamen eſt reo excep- *exceptio-*
tiones, quas habet, allegare, (a) ad *nes*
quarum probationem ei ſpatium 14. dier. conceditur. (b) Sed et ad officium iudicis pertinet, non negligere ea, quae defenſionem rei adiuuant, iusiurandum autem ne actori quidem a reo deferri poteſt. (c)

§. VIII.

7. (a) Non autem opus eſt, vt reſponſioni (der Antwort auf die Vernehmung) exceptiones ſtatim reus ſubiiciat, ſed et poſtea per literas eas allegare et deducere licet.

(b) Hoc enim ſpatium ei indulgeri permittit *Mandat. Reg. d. 7. Mart. 1716.* Poteſt autem probatio exceptionum fieri per teſtes, licet denunciatio probata fuerit per documenta: rotuli hic quoque admittuntur, etiam notariorum.

(c) Interdum tamen reus admittitur ad iuratam exceptionis confirmationem, aut ad ſuppletorium, vel actor etiam ad purgatorium. conf. KRAVS. *l. c. §. 16.*

§. VIII.

ſententiam Peracta disquiſitione, fertur ſententia, quae, ſi reus conuictus ſit, et ſatisfactionem priuatam continet, et poenam. (a) Poena, quod ad iniurias, de quibus §. 22. *Mandat. d. Duell.* agitur, attinet, arbitraria eſt. (b) Satisfactio praeter deprecationem, (c) praeſtationem damnorum etiam (d) et expenſarum

---

8. (a) Vid. §. 22. *Mandat. de Duell.*

(b) d. §. verb. Und hierüber noch mit einer Geld-Buße, Gefängniß, zeitlicher und ewiger Lands-Verweiſung, Staupen-Schlägen, und Veſtnngs-Bau, beſtrafet werden ſoll.

(c) Huius loco eſt in leuioribus iniuriis eine Ehren-Erklährung, in grauiſſimis ein Widerruff. Fieri autem nequit deprecatio per procuratorem. *Reſcript. Reg. d. 17. Nou. 1719.* MENCK. *l. c. §. 35.* Receſſus etiam iudicialis poſtulanti actori exhibendus eſt, ex quo de impetrata ſatisfactione conſtare poſſit, vid. *Mandat. de Duell.* §. 23.

(d) Dict. *Mandat. Reg. de Duell.* §. 24. Atque haec actio, quae ad id, quod intereſt, tendit, ad heredes tranſit, *d.* §.

rum reſtitutionem complecti-
tur. (e)

§. IX.

Si *nihil plane probauerit* denun-
cians, aut rei exceptio eius inten-
tionem plane excludat, (a) hic ab-
ſoluitur, ille etiam expenſas ei re- *expenſas*
ſtituere compellitur, a quibus alias
in hoc proceſſus genere fere im-
munis eſt; (b) ſi *minus plene*, ali-
quando ſuppletorium (c) actori,
plerumque reo purgatorium iniun-
gitur,

(e) Dict. *Mandat. §. 23.* quod iubet etiam ad reſtitutionem expenſarum extra-iudicialium reum condemnare, earumque nimiam prohibet moderationem: Neque tamen immodicas et non neceſſarias, quas fecit, expenſas actor repetit, *conf.* MENCK. *l. c. §. 29.*

9. (a) E. g. exceptio præſcriptionis, quae quoad leuiores iniurias non eſt ſublata per *Mandat. de Duell. §. 43.*

(b) Vid. *d. Mandat. §. 23.* vt ne ſumtus quidem neceſſarios ſuppeditare obſtringatur, *d. §.*

(c) Dict. *Mandat. §. 59.* quo praeſtito, vtrum reus in expenſas condemnari poſſit, an compenſatio earum obti-
nere

gitur, (d) atque hic eo etiam praeſtito in expenſas condemnatur. (e)

§. X.

remedia ſuſpenſiua

Contra ſententiam latam nec Leuterationi, nec Appellationi locus eſt, (a) defenſio tamen interdum reo conceditur. (b) Reconuentionem autem in cauſis mutuarum

---

nere debeat, non eſt ſatis expeditum.

(d) Debet autem in ſententia, quae purgatorium iniungit, ſimul exprimi poena, quae irroganda reo ſit, ſi iurare non poſſit, quod et in aliis delictis obtinet, ſi non grauior, quam relegationis poena, reo immineat, vid. *Mandat. Reg. d. 5. Iun. 1711.*

(e) Vid. *Mandat. Reg. d. 7. Iul. 1717.* quod etiam ad hunc proceſſum extendi ſolet. add. MENCK. *l. c. §. 28.*

10. (a) Repugnant enim haec remedia indoli huius proceſſus. Iudicis tamen officio incumbit, appellatione interpoſita referre ad iudicem ſuperiorem, add. MENCK. *§. 31.*

(b) Non in quibusuis cauſis leuioribus, neque facile in eadem cauſa plures, conf. KRAVS, *l. c. §. 20.*

rum iniuriarum plane ceſſare iubet O. R. T. VI. §. 2. (c)

§. XI.

Non multum ab hac procedendi ratione differt ea, quam O. P. R. T. I. §. 6. praeſcribit, atque in cauſis opificum et ſimilibus, (a) nec non in aliis quibuscunque, (b) quae ſummam 50. flor. (c) non excedunt, (d) obſeruari iubet. *De Summ. ex §. 6. Tit. I. O. P. R.*

§. XII.

(c) Vid. *ſupr. L. 1. C. 7. S. 5. §. 4. lit.* (b) add. MENCK. *§. 37.*

u. (a) In Commercien- Policey- Handwercks- Bau- Rechnungs- Geſinde- und Dienſt-Bothen-Sachen.

(b) Excipiuntur tamen cauſae, quae *iura, ſeruitutes, annuas praeſtationes* et *onera realia* concernunt, non vero omnes actiones reales, ſi res, quam vindicamus, ſit pretii vilioris.

(c) Excluſiue derer Intereſſen, *d. §. 6.*

(d) Ceterum ea, quae hoc §. conſtituta ſunt, non videntur pertinere ad cauſas *executiuas*, aut *cambiales*, ſed tantum ad eas, quae ordinario proceſſu peraguntur. Dubitatum etiam fuit, an haec procedendi ratio locum habeat, ſi plures actiones cumulatae ſunt eodem libello, quae ſingulae

non

§. XII.

Proceſſus ratione quoad Citation.

Ceſſant enim in hoc quoque proceſſu ambages et fatalia ordinariarum cauſarum. (a) Citatio fit ſub poena confeſſi et conuicti, ſed termini Sax. ſpatium non requirit. (b) Nullus hic interlocutionibus locus eſt, nulla ad probationem

Probationem

et reprobationem dilatio conceditur, actori incumbit ſtatim afferre probandi ſubſidia et cauſas, reo exceptiones allegare et deducere.

---

non attingant quantitatem 50. flor. ſed coniunctae eam ſuperent? aut, ſi maior ſumma libello expreſſa ſit, reus autem, quod eam excedit, ſine exceptione agnoſcat?

12. (a) Vix igitur eſt, vt cautio pro expenſis hic exigi poſſit, cum tota cauſa vna ſententia finienda ſit.

(b) Vid. O. R. T. IV. §. 1. verb. ſonderlich in geringen. Quod ſi igitur reus non compareat, aut non reſpondeat, confeſſus et conuictus habetur. Neque tamen ſolemnis litis conteſtatio requiritur, ſed qualiscunque reſponſio ſufficit.

cere. (c) Iuramenti tamen delatio et relatio admittitur, probatio, quae declinandi iurisiurandi causa fit, non aeque. (d)

§. XIII.

Causa cognita statim ferenda est sententia, (a) eademque definitiua, (b) aduersus quam leuteratio non admittitur, appellatio tamen intra

Sententiam ferendam et remed. suspens.

(c) Si actor nec iurisiurandi delatione vtatur, nec quicquam afferat, quod ad causae probationem pertineat, statim repellendus est. Satis tamen est qualiscunque demonstratio, neque negliguntur praesumtiones, aut coniecturae, etiam leuiores, quae sufficere possint ad purgatorium reo iniungendum.

(d) Dict. §. 6. verb. so soll doch einige Gewissens-Vertretung ꝛc.

13. (a) Integrum tamen est iudici, si ipse causam decidere nolit, acta transmittere ad Collegium Iurisperitorum, O. R. d. §. verb. oder ein Decisum bey unsern Rechts-Collegiis &c.

(b) Quae fertur plerumque praeuia iuramenti suppletorii aut purgatorii, vel delati etiam, aut relati praestatione.

intra decendium (c) interponi poteſt, (d) quam iudex ſuperior aut reiicit, (e) aut, ſi ita res poſtulare videatur, ſententiam latam etiam ſine iuſtificationis ambagibus reſcindit et emendat. (f)

CAP.

(c) Quid ſi vero non appellet, ſed tantum laeſum ſe eſſe intra decendium oſtendat, aut leuterationem etiam interponat, an ſuccurrendum *nihilominus* ei erit, et ad iudicem ſuperiorem referendum? vid. O. R. d. §. verb. da ein, oder der andere Theil bey des Richters Ausſpruch nicht acquieſciren, ſondern dawider etwas einwenden wolte ꝛc.

(d) Sed ad quem iudicem? an ad proximum? an ad praefectum a iudice amtſaſſio, an ad Curias? an ſtatim ad iudicem ſupremum?

(e) Addita etiam mulcta, ſi friuole appellatio interpoſita videatur.

(f) Vid. d. §. O. R. verb. bey deren erfolgenden Reſolution.

CAP. III.

DE PROCESSV MATRIMONIALI ET FORI ECCLESIASTICI,

Von Consistorial- und Ehe-Sachen.

§. I.

Proc. fori Eccl. fere summarius.

PRocessus, quo causae *fori ecclesiastici* tractantur, *fere summarius* est: (a) Itaque non est cur prolixe circa eum occupemur, paucis tantum ea commemorabimus

1. (a) In *Lipsiensi* tamen *Consistorio* non omnes causae summarie tractantur, imo ipsae *matrimoniales* ordinario fere processu peraguntur. BERG. *El. Pr. Matrim. §. 10.* O. R. iubet causas matrimoniales atque alias ecclesiasticas sine ambagibus expedire. Quodsi autem qualitas causae postulet pleniorem discussionem, eandem, quae in processu ordinario praescripta est, rationem seruare. *Append. §. 2.* verb. nach dem in d eser Unserer Erl. Proc. Ordn. vorgeschriebenen modo.

capita, in quibus ab aliis cauſis recedit.

§. II.

Citatio. *Conſiſtoria* non *citant* immediate, vt Curiae, ſed *mediate*, omiſſa tamen formula: in ſubſidium. RESOLVT. GRAVAM. *de an. 1661. Tit.* von *Conſiſtorial-*Sachen, *Grau. XI.* (a) Immo *in praefecturis immediata* (b) etiam,

2. (a) In *Conſiſtorio Vitemb.* ea fere obſeruantia obtinet, vt tantum prima citatio mediate fiat, ſequentes vero plerumque immediate inſinuentur. Atque ea ſane huius priuilegii eſt ratio, vt reſtringi magis debeat, quam extendi. *Extra Electoratum* Conſiſtoria absque diſcrimine immediate partes in ius vocare, docet SCHILT. *Inſtit. Iur. Can. lib. 1. Tit. V. §. 16.* add. HORN. ib. verb. *approbatus in Reſolut. Grau.*

† Conf. O. P. M. R. c. 1. §. 30. *vbi legendum videtur*: Des Dom-Capituls.

(b) Quam ſententiam et BERG. *dict. loc. §. 14.* aſſeruit, et Reſcripto dat. 9. Feb. 1703. Rex noſter Potentiſſimus confirmauit. conf. BERGER. *Elect. Proc. Matrim. th. 14.*

etiam, cum RES. GRAV. iis tantum caueant, qui patrimonialem habent iurisdictionem. (c)

§. III.

Comparitio perſonalis arbitrio iudicis eccleſiaſtici partibus iniungi poteſt, et ſaepius iniungitur, inprimis in cauſis matrimonialibus, ſi amicabilis compoſitio tentetur, alias etiam hoc in foro procuratores et actores admittuntur. (a) *Comparitio.*

§. IV.

Cautionem pro reconuentione et expenſis in proceſſu matrimoniali *Cautio.*

(c) De quibus etiam ſolis CARPZ. *Iurispr. Conſiſtor. Lib. III. def. 19.* agere videtur.

3. (a) Sed hoc hodie in cauſis quibusque obtinet, adeo vt ad primum terminum, quae ſit citatio, tantum non ſemper comparitionem perſonalem partibus iniungat. vid. O. R. T. I. §. 1. Ceterum foeminae in cauſis matrimonialibus ſine curatore in iudicio admittuntur, quod reſtringit O. R. T. VIII. §. 3. ad eum caſum, quo inter partes tentatur concordia, verb. iedoch nur bey Pflegung der Güthe.

non exigi posse, vulgo tradunt, BERGERVS §. *21. seq.* (a) sed verius est eam praestandam esse, si probabilis reconueniendi causa allegetur; saltim pro expensis cautio cur postulari nequeat, rationem idoneam vix puto afferri posse. Vid. CENTVR. OBS. FOR. ECCLES. *Obs. 52. vbi praej.*

§. V.

Iuramenti delatio. Contra matrimonium *iuramenti delatio* non admittitur, (a) imo ne quidem super circumstantiis, ex quibus suspicio promissi matrimonii (b) enasci possit: quamuis doctrina haec magis vsu fori, quam lege (c) aut solida iuris ratione nitatur. Vid. *d.* CENT. *Obs. 46. 47.*

§. VI.

4. (a) Per O. R. T. XIII. cautio pro reconuentione sublata est, adeoque sine dubio in his etiam causis cessat,

5. (a) BERG. §. *23. seqq.*

(b) Ne per hanc delationem purgatorio vel suppletorio detur locus. Ita pronunciarunt *ICti Vitembergenses an. 1711.*

(c) Neque enim ORDINATIO ECCLE-

§. VI.

Interrogatoria alii admittunt, alii reiiciunt, rectius ſi producens contradicat, non admittuntur. *Obſ. 53.* Diſſentit CARPZOV. *Iur. Conſiſt. Lib. III. def. 28.* cuius ſententiam Lipſienſes nunc quoque ſequuntur. (a) *Interrogatoria.*

§. VII.

Iudices teſtes Conſiſtoriis ſiſtere tenentur in cauſis ſummariiſſimis, e. g. **zur** Confrontation **und bey Unterſuchungen**, RES. GRAV. *de anno 1661. tit.* **von** *Conſiſtorial*-**Sachen** *Grau. XI.* non aeque in quibuscunque cauſis ſummariis, (a) e. g. **ſi** ex- *Teſtes ſiſtendi.*

V 4

CLESIASTICA *rubr.* von Ehegelöbniſſen, §. Wo auch zwo Perſonen; ad caſum pertinet, quo ſuper publicis ſponſalibus iusiurandum defertur.

6. (a) Iure nouiſſ. Sax. El. ſi cauſa probationem ordinariam (eine ordentliche Ausführung) deſideret, interrogatoriis locus eſt, quae in cognitionibus ſummariis non admittuntur. *Append.* O. R. §. 2.

7. (a) Inprimis cum in Conſiſtoriis quibusdam

examinandi ſint ſuper articulis demonſtrationis et remonſtrationis. Vid. *Obſ. 63.* (b)

§. VIII.

Fatalia. *Fatale oblationis ad iurandum in* cauſis *matrimonialibus non obſeruatur*, (a)

† ORD. PROC. MAGD. c. 29. §. 7. immo nec in actione, quae a ſtupra-

ta

busdam omnes cauſae habeantur pro ſummariis, iudices vero in omnibus cauſis ad ſiſtendos teſtes compelli RES. GRAVAM. non permittant.

(b) Hodie ſublato proceſſu ſummario in cauſis, quae pleniorem diſcuſſionem poſtulant, ordinaria procedendi ratio obtinet, adeoque iudices ad ſiſtendos teſtes compelli nequeunt, ſed examen illorum ipſis committitur.

8. (a) ORD. PR. SAX. *Tit. 18.* quae diſpoſitio etiam ad caſum pertinet (1) quo reus ſuper exceptione e. g. ſtupri iuramentum defert. Ita *Conſiſtorium Vitembergenſe anno 1710. Menſ. Sept.* (2) quo contra matrimonium iuramentum praeſtandum, BERG. *El. Pr. Matr. th.* 7.

ta dotis (b) cauſa inſtituitur: (c) in vtraque ob neglecta fatalia tam actor, quam reus in integrum facile reſtituuntur. *Obſ. 48. 49. 50.*

§. IX.

Regulariter praeſtito iuramento purgatorio *expenſae* compenſantur, ſed in cauſis matrimonialibus quandoque aliud obtinet, imo contingere poſſe, vt reus abſoluatur, et expenſas tamen reſtituere compellatur, (a) monitum eſt *cit.* CENTVR. *Obſ. 55. 56.* inque eandem ſen- *Expenſae.*

 ten-

(b) Quia etiam in ea ſtuprator ducere tenetur, quam dotare non poteſt: Aliter ſentiunt *Scabini Lipſienſes*, vti monitum *dict. Obſ. 49.*

(c) Iure Sax. Elect. nouiſſ. fatale oblationis ad iurandum prorſus ſublatum eſſe, diximus L. I. C. 4. S. 2. §. 3. lit. (a) O. R. T. XVIII. §. 7.

9. (a) e. g. ſi reus, qui ſponſalia celebrauit clandeſtina, ob diſſenſum parentum, quos ſuperſtites eſſe diſſimulauit, aut ob metum infauſti matrimonii abſoluatur. Aliud exemplum vid. *dict. Obſ. 56.* idemque etiam apud nos poſt O. R. obtinebit, quam vid. T. XXXVI. §. 5.

tentiam pronunciarunt *Scabini Vitemb. Menſ. Iul. 1712.*

§. X.

De proc. deſertionis

Ad ſingularia *proceſſus deſertionis* pertinet, quod citatio fieri debeat in tribus diuerſis territoriis,(a) et reus, qui non comparuit, hodieque condemnari poſſit in legitima impedimenta. (b)

CAP. IV.

DE PROCESSV EXECVTIVO.

§. I.

Proceſſus executiui natura.

SEquitur *proceſſus Executiuus*, in quo *ex inſtrumento guarentigionato* agitur,(a) et recognitio eius a reo poſtulatur,(b)

† *Conf.*

10. (a) Vid. BERGER. *El. Proc. Matrim. p. 50.*
(b) O. R. T. X. §. 2.
1. (a) Addere autem debet actor libello documenti copiam, vt ea reo vna cum citatione transmitti poſſit.
(b) Si editio ſimul poſtuletur, proceſſus ex-

CAP. IV.

DE PROCESSV EXECVTIVO.

§. 1.

† *Conf. ORD. PROC. MAGD. RECOGN.* c 47. § 3.

quam sequitur condemnatio,

† *remediis suspensiuis ac deuolutiuis haud obnoxia*, dict. cap. 47. *ORD. REC.* §. 7.

nisi reus per exceptiones in continenti liquidas intentionem actoris elidat.

§. II.

Hoc processu ne quidem opus est, si quis *ex re iudicata, vel transactione iudiciali* experiatur, sed *executio statim peti potest*, cum recognitione haud indigeant sententiae et recessus iudiciales. Vid. RES. GRAV. *de anno 1661.* §. 2. (a)

Diuersitas a petitione executionis.

§. III.

Quae instrumenta guarentigiata esse censeantur, prolixe exponit in *El.*

Instrúm. guarentigiata.

executiuus locum non habet, sed libellus tanquam ineptus reiicitur, MENCKEN. *Disp. 1. th. 55.* add. *App.* O. R. §. 3.

2. (a) Atque hoc ad omnia documenta publica, quae recognitione non opus habent, vid. O. R. T. XXV. §. 2. extendit KRAVS. *L. 7. C. 2. S. 2. §. 3.*

El. Proc. Execut. D. BERGERVS §. *10. seqq.* Summa rei huc redit: Constare debere ex ipsis documenti verbis, Quis, Quid, Quantum, Cui, ex qua causa (a) et quo tempore,(b) quid praestare debeat.

§. IV.

Documenta ab his diuersa.

Executiue ergo *agi nequit* ex documento a debitore non subscripto, (a) ex eo,quod tempus solutionis,

3. (a) Add. O. R. *Append.* §. 4. quae instrumentum quarentigiatum esse dicit, ex quo omnia causae momenta, ad ferendam sententiam condemnatoriam necessaria, in continenti probari possunt, eadem ex instrumento, quo causa debendi expressa non est, executiue agi posse constituit §. 5.

(b) De obligatione,quae contineat clausulam: so bald als möglich, mit eheften, nach und nach, Vid. Id. BERG. §. 13. add. O. R. *Append.* §. 6. quae, quid hoc casu, aut eo etiam, si clausula nach und nach, instrumento obligationis contineatur,obseruari debeat,definit.

Subsignatio. 4. (a) *Subsignatio* autem *non requiritur*, nec sine subscriptione sufficit. vid. CONSTIT. EL. *veter.* von klaren Brief

nis, (b) aut quantitatem certam non exprimit, ad aliud se refert, (c) vel conditionem continet,

† ORD. PR. MAGD. REC. c. 47. §. 2. *qui nec cessionario executiue agere permittit, antequam cessionem legitime factam fuisse probauerit.*

nisi de existentia conditionis (d) perinde in continenti constet, (e) aut

---

Brief und Siegel. *App.* O. R. §. 4. verb. ob gleich darunter kein Siegel.

(b) Hodie apud nos ex instrumento, quod terminum solutionis non exprimit, post annum executiue agi potest. O. R. d. l. §. 6.

(c) Add. O. R. d. l. §. 4. verb. wenn der Tenor des Relati, oder doch sonst ein vollkommener Sensus darinnen enthalten.

(d) Sc. ex instrumento liquido. Non igitur sufficit confessio rei qualificata, e. g. si in termino fateatur, alterum conditionem impleuisse, additis tamen exceptionibus. Nam tunc ad demonstrationem illarum exceptionum admittendus est, salua actoris remonstratione. **Probatio conditionis existentis.**

(e) Non tamen omnino cessat Processus executiuus, si de conditionis existentia haud constet. Sed demonstratio existentiae actori iniungi, ac interim

suspen-

aut relatum ſimul producatur, vel tenor eius inſtrumento referenti fuerit inſertus.

§. V.

Modus procedendi.

In termino (a) *actor documentum* in originali, vt loquuntur, *producit*, eius recognitionem a reo poſtulat, (b) quam ſi hic recuſet, ſub poena

ſuſpendi executiuus Proceſſus poteſt. BERG. §. *12. et Suppl. T. II. p. 112. ſeq.* quo caſu reus in remonſtratione opponere et vrgere nequit exceptiones, quae ipſam cauſam principalem ſpectant, ſed tantum illas, quae ad conditionis defectum pertinent. add. O. R. *Append.* d. §. 4. quae et, qua ratione coerceri debeat, qui conditionem non impletam eſſe temere negauit, cauet.

5. (a) Ad quem reus ſub poena recogniti citandus eſt, O. R. T. IV. §. 1. Citatio autem continere debet ſpatium termini Sax. d. §. 1.

(b) Satius vero eſt ſimpliciter poſtulare recognition des documenti, quam Einlaſſung und recognition. Imprimis autem cauendum, ne reſponſionem etiam actor exigat, Antwort und *recognition*, alias enim proceſſum ſummarium elegiſſe cenſetur. BERGER.

na recogniti recognoscere iubetur, (c) quo ipso tamen diffitendi arbitrium ipsi non censetur ademtum. (d) Quod si in contumacia pergat, documentum pro recognito habetur, (e) atque *reus condemnatur.* (f)

† ORD.

GER. §. *22. et Suppl. T. II. p. 386.* Vnde cum instituto Processu Executiuo reo per sententiam iniuncta esset Antwort und recognition, postea ob vires rei iudicatae ad exceptionum demonstrationem eum admiserunt *ICti Vitembergenses anno 1713. Mens. Mart.* Iure nouissimo Sax. Elect. cautum est, non factam rite petitionem non obstare debere, quo minus pro vt ratio executiui processus postulat, sententiam ferat. *Append.* §. 7.

† De *iur. Magd.* vid. O. P. M. R. C. 28. §. 2. C. 47. §. 8.

(c) Hodie apud nos, cum reus sub poena recogniti citetur, si non compareat, aut non recognoscat, documentum sine interlocutione statim pro recognito habetur. O. R. *Append.* §. 9.

(d) O. R. *Append. d.* §. 9.

(e) Modo integrum spatium Saxonicum citatio, qua sub poena recogniti vocatur, contineat.

† ORD. PROC. MAGD. REC. c. 47. §4.

§. VI.

Diffessio contentorum.

Ad diffessionem contentorum reus *non admittitur*, (a) nisi manifesta falsi indicia adsint. *Conf. Lib. I. Cap. III. Sect. III. §. 9.*

§. VII.

Exceptiones

Exceptiones non *admittuntur*, nisi quae sunt in continenti *liquidae*, v. *App.* O. R. §. 8. (a)

† de iur. Magd. vid. *ORD. PR. MAGD. RECOGN.* c. 47. §. 5.

Iura-

† *Quod iure Magdeburgico non requiritur. vid.* L. I. C. I. S. II. §. 4.

(f) De contumacia actoris non comparentis, aut documentum non producentis, vid. O. R. *Append.* d. §. 9. et Tit. X. §. 1.

6. (a) O. R. *Append.* d. §. 9. Ceterum si actor reum ad diffessionem admittere nolit, integrum ei est, misso executiuo processu, ordinarium instituere, quousque reus per rem iudicatam ad diffessionem non est admissus, expensas tamen processus reo restituere tenetur. d. §. 9.

7. (a) Hae vero tam ante factam recognitio-

Iuramenti ergo *delatio* in hoc processu locum non habet. (b) *Iuramenti delatio.*

† *Iure Magd. ea reo permittitur, ORD. PR. REC.* c. 29. §. 2. *VETVS* §. 3. c. 47. §. 11.

§. VIII.

Admittitur tamen, si quis ex contractu bilaterali agat, *exceptio non adimpleti contractus*, et contra chirographum intra biennium exceptio *non numeratae pecuniae*, saltim ex vsu fori, BERGERVS §. 43. seq. Alias enim verior videtur sententia SCHILTERI, qui in processu executiuo hanc exceptionem, si illiquida sit, opponi posse negat. (a) *Excepti non adimpleti contractus et non numeratae pecuniae.*

† Conf.

---

gnitionem, quam post eam opponi possunt. MENCKEN. §. 56. Sed haec ad exceptiones peremtorias pertinent, dilatorias enim, Cautionis pro reconuentione, fori incompetentis, termini angusti, ante recognitionem vrgeri debere dubio caret.

(b) Sed nec liquida est exceptio, quam reus per documenta, quae non habet, probare vult. Editio enim in hoc Processu a reo etiam postulari nequit. RIVIN. *T. XXVI. En. V.*

8. (a) *Adff. Exerc. 22. th. 30.* add. BERG.

† Conf. ORD. PR. MAGD. REC. c. 47. §. 6.

CAP. V.

DE PROCESSV CAMBIALI.

§. I.

Processus cambialis. PRocessus *Cambialis* ita instituitur: Creditor petit, debitorem citari, (a) vt compareat (b) et literas cambiales recognoscat, (c) eundem-

---

de except. non num. pecun. adu. cambium. th. 5. Quid iure nouiss. El. Sax. circa has exceptiones constitutum sit, apparet ex §. 4. et §. 8. *Append.* O. R,

1. (a) Quae citatio ne quidem trium septimanarum spatium requirit, sed arbitrarium, inprimis si periculum in mora sit.

(b) Neque vero mandatarius admittitur, per quem si compareat, reus perinde contumax censetur, ac si plane non comparuisset.

(c) Nisi sc. diffiteri velit.

demque facta recognitione, donec soluat, in custodia detineri. (d)

† IVS CAMB. MAGD. art. 4.

§. II.

Si reus non compareat, postulante actore recognitio ei *sub poena recogniti* iniungi potest, addita in expensas condemnatione. (a) Sed satius est petere, vt denuo citetur **bey Vermeydung anderer Anordnung**, quem modum in ius vocandi inprimis iudicium mercatorium Lipsiense tenet. (b) Huius enim comminationis is effectus est, vt reus ob vlteriorem contumaciam carceri includatur; Atque tunc quidem integro termino Saxoni-

Contumacia rei non comparentis.

(d) Qua ratione hodie procedere iudici liceat, docet O. R. *Append.* §. 12. add. infr. h. c. §. 5. lit. (b)

2. (a) Hoc casu proceditur, vt in processu executiuo, nisi quod, vbi cambium pro recognito declaratur, arrestum simul per eandem sententiam decernatur.

(b) Et quidem etiam in causis non Cambialibus.

xonico non eſt opus, nec requiritur, vt quis ſub poena recogniti recognoſcere iubeatur. Conf. RIVIN. *Tit. XXV. En. XX.*

§. III.

Contumacia non recognoſcentis.

Quod *ſi reus compareat*, ſed recognitionem aeque ac diffeſſionem recuſet, non opus eſt, vt per ſententiam interlocutoriam ei illa iniungatur, ſed ſtatim in carcerem mitti poteſt, donec aut diffiteatur, aut recognoſcat et ſoluat.

§. IV.

Recognit. Carcer.

Facta enim *recognitione*, petente actore *reus non dimittitur*, niſi vbi per ſolutionem, aut alio modo creditori ſuo ſatisfecit.

† IVS CAMB. MAGD. art. 4.

Neque contra decretum arreſtum interpoſita *appellatio a carcere* appellantem *liberat*, (a)

† *aut*

4. (a) Quod ſi a citatione ſtatim, aut a ſententia interlocutoria reus appellet, vix integrum erit, vlterius procedere, antequam appellatio ſit reiecta. j. MENCKEN *Diſp. I. §. 59.* v. tamen

O. R.

† *aut ab executione* ORD. PR. MAGD. REC. c. 47. §. 1. *Add.* IVS CAMB. MAGD. art. 40.

quamuis iudex inferior ad superiorem apostolos dare teneatur.

§. V.

Celerrime expediuntur causae cambiales, si a creditore *rescriptum incarcerationis* (ein *Captur*-Befehl) impetretur; (a) vi huius enim statim debitor, nulla praeuia citatione custodiae traditur, a qua non nisi solutione aut diffessione se liberare potest. Sunt, qui cuiuis iudici ita

Rescriptum incarcerationis.

O. R. *Append.* §. 12. verb. auch da er gleich dawider appelliren solte.

† *Iuxta IVS CAMBIALE. MAGD. in casibus per illud decisis nullum remedium suspensiuum admittitur, in reliquis tum demum, si et summa cambio contenta, et in casum succumbentiae coram regimine 50. alibi 30. thal. deponantur.* art. 40.

5. (a) In primis si rescriptum contineat clausulam: appellatione remota: Und euch dawider kein Appelliren irren lassen.

in cauſis cambialibus etiam absque reſcripto procedere licere exiſtimant; ſed ſatius eſt reſcriptum eo nomine exorare. (b)

§. VI.

Exceptiones. Non admittuntur in proceſſu cambiali *exceptiones*, niſi quae in pro-

(b) Namque hac ratione facile etiam ex falſo cambio is, qui nihil debet, in carcerem coniici poteſt, cui parum conſultum eſt per actionem iniuriarum contra eum, qui doloſe huiusmodi decretum a iudice impetrauit, inſtituendam. Iure Sax. El. nouiſſ. integrum eſt iudici, etiam absque reſcripto ea, qua diximus ratione debitorem ad ſolutionem compellere. O. R. *Append.* §. 12. Quod intelligendum eſt de iudice, cuius iurisdictioni debitor ſubeſt, wo der ſelbe ſein Forum hat, oder ſonſt nach Beſchaffenheit der Umſtände, aus dem Wechſel-Brief belanget werden kan. Creditor autem, qui debitorem cuſtodiae tradi petit, cauere debet de ſumtibus neceſſariis (zu des Schuldners Arreſtirung und Unterhalt, nebſt denen Sitz-Gebühren) praeſtandis, quos a debitore repetit nach Wechſel-Recht d. §. 12.

processu executiuo locum habent: (a)

† *Iure Magdeb. ne istae quidem.* IVS CAMB. art. 4.

sed et exceptio *non numeratae pecuniae* aduersus cambium frustra allegatur, nisi non numeratam sibi esse pecuniam debitor in continenti probare possit. *Conf.* D. BERGERVS *Diss. de except. non num. pec. adu. camb.* (b)

6. (a) Ex quo consequitur, nec per modum actionis aut prouocationis ex *L. si contendat.* exceptiones illiquidas contra cambium in iudicium eo cum effectu deduci posse, vt rigor cambialis per eas impediatur. BERG. *d. Diss. th. 15.* MENCKEN. *Diss. II. th. 18. Diss.* SCHILT. *ad ff. Exerc. 13. th. 19.* Potest tamen debitor ex hac lege agere, et reconuentionem etiam instituere ante finitam, imo et ante coeptam conuentionem. vid. L. 1. C. 7. S. 5. §. 2. lit. (a)

(b) Iure Sax. El. nouiss. haec exceptio, nisi sit liquida, ne in processu executiuo quidem locum habet. Quod si autem, instituta reconuentione, debitor probet, pecuniam sibi non numeratam esse, actor incidit in poenam

§. VII.

Except. contra cambium indoſſatum.

Quin immo *ne exceptiones quidem* in continenti *liquidae*, quae aduerſus creditorem competunt, *contra* cambium *indoſſatum vrgeri poſſunt*. Vid. MANDAT. NOVISS. REG. *de anno 1699.* quod licet de exceptione compenſationis et ſolutionis tantum nominatim agat, rationes tamen eius ad caeteras exceptiones aeque pertinent. (a) Sed et

nam *Append. O. R.* §. 4. et 8. definitam.

7. (a) Scil. quae aduerſus cedentem valebant, e. g. pacti de non petendo. Vid. *dict. Diſp. th. 23.* In contrariam tamen ſententiam nouiſſime reſponderunt *ICti Vitembergenſes* et *Scabini Lipſienſes*, quorum reſponſa exhibet BERG. *Philocal. p. 157. ſeqq.* O. R. *Append.* §. *15. Mandat. ann. 1699.* extendit ad omnes exceptiones, quae ex facto indoſſantis oriuntur, et nominatim ad exceptionem pacti de non petendo. Indoſſans autem ad praeſtandum id, quod intereſt, conueniri poteſt, ſi cambium indoſſauit, contra quod exceptiones debitori competebant, imo et indoſſatarius, ſi doli

et de exceptione non numeratae pecuniae expresse cauet ORDINATIO CAMBIALIS LIPSIENSIS, eam contra indossatarium non admitti, quamuis ex instrumentis liquidis in continenti probari possit.

§. VIII.

Potest autem processus cambialis non solum ex literis cambialibus institui, sed etiam ex quocunque alio instrumento guarentigiato, quod clausulam continet: Nach Wechsel-Recht; (a) Contra ne *Clausulæ cambialis.*

doli fuerit particeps, ad restitutionem pecuniae acceptae adigi. *Id.* BERG. *Suppl. P. II. p. 351. et 355.* sed et iure nouiss. El. Sax. dupli restitutione, atque arbitraria etiam poena coercentur, qui dolo malo vsi sunt, atque si suspiciones doli adsint probabiles, debitor ad depositionem pecuniae admittitur. d. §. 15.

8. (a) Vid. *Append.* O. R. §. 11. verb. oder sich nach Wechsel-Recht verschrieben. Idem obtinet, si quis literis cambialibus subscribat, aliam se quoque summam creditori debere. vid. *Append.*

Vox cambii.

ex cambio quidem ita agere licet, si *vox cambii* omissa sit. (b)

§. IX.

Rigor camb. contra quoscunque, exceptis non-mercatricibus et clericis,

Neque vero inter solos mercatores processus cambialis obtinet, sed rigor cambii ad *quoscunque*, *qui literas cambiales dederunt*, extenditur; modo excipias mulieres non-mercatrices (a) et Clericos. (b)

† *Iura*

pend. O. R. §. *17.* Sed et rigor cambialis aduersus fideiussorem, qui cambio subscripsit, locum habet, d. *Append.* §. *18.* a quo ne excussionis quidem exceptio eum liberat. d. §. 18.

(b) Nam huiusmodi literae vix habentur pro cambialibus, si omissa sit vox cambii. RIVINVS *Tit. XXV. En. XXII.* BERG. *Suppl. Tom. I. p. 48.* MENCKEN. *Disp. I. th. 58.* Sed nec iure cambiali agi potest, si quadriennium elapsum sit, von der Verfall-Zeit, oder letzten Prolongation, d. *Append.* §. 16.

† *De Iure Magd. vid.* IVR. CAMB. art. 24.

9. (a) Item qui contrahere nequeunt, vt minores, sed et SCti Macedoniani exceptio contra cambium imprimis proprium opponi potest, cum mutuum in eo, si alia debendi causa expressa

† *IVRE CAMB. MAGD.* art. 4. *nemo excipitur, nisi minor.* art. 4. *Postea tamen mulieres non mercatrices, nisi cum Curatore aut saltem assistente extraiudiciali subscripserint, exemit* Rescriptum Regium d. 17. Iun. 1710. *quod exhibet* LVDOVICI d. Mulier. Cambiant. §. 26. ID. Introd. ad Proc. Camb. Cap. I. §. 11.

Contra heredes debitoris processus execu-

---

pressa non sit, praesumatur. add. *Mandat. Reg. d. 29. Dec. 1718.* et *21. Apr. 1724.* nec non *Append. O. R. §. 11.* quo ii, qui nondum 25. aetatis impleuerunt annum, mercatoribus tamen exceptis, studiosi item in academiis degentes, et qui in patria potestate constituti sunt, nisi peculium castrense, quasi castrense, aud aduentitium irregulare habeant, porro rustici, nisi praedia conduxerint, aut licitam mercaturam exerceant, a cambiali processu eximuntur.

(b) MENCKEN. *Disp. I. §. 58.* Nouissimo *Mandat. Regio. d. an. 1711.* Clerici sub poena suspensionis aut remotionis literas cambiales dare prohibentur. add. *Append. O. R. §. 11.* qua cautum, rigori cambii locum esse, si literae cambiales datae sint antequam clerici muneri ecclesiastico admouerentur, aut aliis officiis simul illi fungantur.

executiuus (c) tantum, non cambialis locum habet.

† *Eum tamen concedit ORD. CAMB. MAGD.* Art. IV.

etiam contra indossantes. Indossantem vero etiam cambiali processu conueniri posse non dubito, (d)

† *Conf. IVS CAMB. MAGD.* art. 14. et 20.

licet non ignorem alios aliter sentire. Vid. BERGERVS *El. p. 1771.* et MENCKEN. DISP. *1. §. 58.*

CAP.

(c) BERG. *El. p. 135. Append. O. R. §. 12.* saluo tamen Iure Cambii *d. Disp. th. 17.* Vnde quae de Cambio indossato constituta sunt, etiam locum habent processu aduersus heredes instituto ita pronunc. *F. I. L. Mens. Ian. 1728.*

(d) Atque hoc sancitum est O. R. *Append. §. 14.* modo indossatarius rite, protestatus fuerit, solutione a debitore non facta. *d. §. 14.* MENCK. *Supplem. Synops. Pandect. p. 44.*

CAP. VI.
DE
PROCESSV ARRESTI.

§. I.

CAmbiali Proceſſui iungimus *Proceſſum Arreſti*, (a) quo creditor ius reale in debitoris bonis conſequitur. Huius *tria fatalia* veluti ſunt, I. Impetratio, II. Proſecutio ſiue Renouatio et III. Iuſtificatio. *Proceſſus Arreſti.*

§. II.

Impetratio fieri poteſt per mandatarium, *absque ſpeciali* etiam *mandato*, vid. *Diſput. de Mandat. ſpec. §. 14.* Neque vero conceditur arreſtum, niſi impetrans demonſtret, *Fatale I. impetrationis.*

1. (a) Iure Sax. El. nouiſſ. hic proceſſus ſublatus eſt, cum per arreſtum nec reale, nec praelationis ius impetrari poſſit. O. R. T. XLVIII. et T. LI. Integrum tamen eſt creditoribus, ſi debitor ſoluendo eſſe deſierit, inhibitionem alienationis et oppignorationis impetrare. d. T. LI.

ſtret et creditum, (a) et debitorem aere alieno laborare,

† *alios caſus habet* ORD. PR. MAGD. c. 48. §. 2--9. ORD. REC. §. 2. *nec Regiminis arbitrium excluditur*. ORD. VET. ib. §. 10.

Vbi tamen plena probatione non eſt opus, ſed per vidimatam copiam ſufficit iudici fidem crediti facere. (b)

† ORD. PR. MAGD. REC. c. 48. §. 1. *liquida documenta aut teſtimonium iuratum omni exceptione maius requirit.*

Qui ſi *arreſtum* decernat, *debitori* id denunciare debet. BERGERVS *Elect.* p. 1637. (c)

† Vid.

---

2. (a) Adeo vt ſi absque demonſtratione debiti conceſſum fuerit, inualidum arreſtum eſſe cenſeant. RIVINVS *Tit. LI. En. V.*

(b) Imo ſimplicem etiam copiam (eine unvidimirte Copie) admittit RIVIN. *d. l. En. VII.* Vid. tamen BERG. *El. p. 1704. add. Suppl. Tom. II. p. 989.*

(c) Singulare prorſus fuit ius, quod olim inter mercatores obtinuit Lipſiae per *Ordin. Mercat. art.* 24. et *Mandat. Elect. d. 26. Sept. 1682.* Sed iure nouo etiam huic derogatum eſt per *Append.* O. R. §. 2.

† Vid. ad §. 5. *et intra 14. dies, quoties arrestum coram Regimine impetratum, iudici arrestati immediato,* d. c. 48. §. 4. *quod nisi petierit arrestans, arrestum vel pignus coram iudice inferiore postea obtentum, quoad bona sub eo sita priori arresto praefertur.* ORD. VET. ib. §. 18.

§. III.

Prosecutio fit *binis vicibus* ab vna quaterdena ad alteram. Vbi primam alii a tempore petiti, alii a tempore impetrati arresti computant, (a) anticipatio autem omnis illicita habetur. (b) *Fatale II. Prosecutionis.*

† *Iure Magdeburgico prosecutio abrogata est,* ORD. PROC. c. 48. §. 2.

§. IV.

Interim sufficit, prosecutionem fieri *hora quacunque* diei decimi quarti, integer enim dies creditori conceditur, neque de momento in momen- *Hora.*

3. (a) Sufficit igitur alterutrum, et in arbitrio impetrantis est, a quo die fatale hoc computare velit. RIVINVS *En. XXV.* BERGERVS *pag. 1733.*

(b) Innoxia tamen est, si iusto tempore repetatur renouatio. RIVINVS *En. XXVI.*

momentum hoc fatale currit. BERGERVS *Elect. pag. 1736.*

§. V.

Libellus arreſtatorius.

VNa cum vltima proſecutione *libellus arreſtatorius* offertur iudici, quem creditor implorat,(a) vt debitorem citet; atque Iuſtificationi terminum conſtituat.

§. VI.

Fatale III. Iuſtificationis.

TAndem *in termino iuſtificationis* (a) plene creditor creditum ſuum

5. (a) Haec imploratio ad formam arreſti pertinet. RIVINVS *En. XXXI.* vt et oblatio libelli arreſtatorii, BERGER. *Suppl. Tom. II. p. 992.*
† *etiam iure Magdeburgico, quo ſtmul inſtrumenta, quibus libellus in continenti probetur, adiungere atque vt debitor de arreſto certior reddatur, petere oportet, intra 14. dies a tempore impetrati arreſti.* ORD. PR. MAGD. c. 48. §. 11.

6. (a) Haec quoque perinde ac renouatio absque mandato ſpeciali fieri poſſe videtur, licet vulgo aliter ſentiant. vid. *cit. Diſſert. §. 14.*

PROCESSI ESECUTIVI SOMMARIO, TESTIMONIO IN SPECIE, CHIAMA INHIBITIVO.

fuum probat. In quo si non compareat, arrestum deseruisse censetur, BERGERVS *Oecon. pag. 1168.* licet poena haec nulla lege constituta sit. (b)

CAP. VII.

DE PROCESSV POSSESSORIO, TAM SVMMARIO IN SPECIE, QVAM INHIBITIVO.

§. I.

OMnis causa possessoria natura sua summaria est, sed vsus fori *possessorium ordinarium processu* etiam *ordinario* tractari docet. (a) *Possessorium ordinarium,*

In

(b) Quare verior videtur sententia SCHWENDEND. qui hanc poenam negat obtinere *ad Fibig. pag. 1201.*

1. (a) Quod in Saxon. Elect. sublato processu summario O. R. *Append. §. 1.* sine dubio obtinet.

ſumma-rium. *In ſummario autem* ſiue ſummariſſimo

† *quod, niſi periculum armorum aut in mora ſubſit, non admittit ORD. GEN.* de emend. re iudic. §. 39.

proceſſus ſummarius locum habet, atque celerius etiam, quam in aliis cauſis ſummariis proceditur, (b)

† *lite vno termino finienda* d. ORD. GEN. §. 39.

ſiue proceſſu ſummario in ſpecie ſic dicto, ſiue inhibitiuo cauſa peragatur.

§. II.

Proceſſus inhibitiuus. *Inhibitiuus* in Curiis Prouincialibus potiſſimum apud nos obtinet, BERGERVS *El. p. 144.* (a) Vbi is, qui in poſſeſſione turbatur, (b) prae-

(b) Vid. O. R. *Append. §. 19.*

2. (a) In Cancellaria Regia non aeque, teſte BERG. *Suppl. Tom. I. pag. 47.* Neque in iudiciis inferioribus, quibus tamen integrum eſt, mandata poenalia decernere aduerſus eos, qui eis, quae imperata ſunt, ſatisfacere detrectant. vid. MENCKEN. *Diſp. I. §. 54.*

(b) Non tamen in ſolis cauſis poſſeſſoriis pro-

praeceptum inhibitiuum sibi expetit, vi cuius aduersarius sub poena triginta aureorum (Gold-Gülden) (c) iubetur, aut statim a turbatione desistere, atque paritionem in termino proximo docere,

† ORD. PROC. MAGD. REC. c. 4. §. 3.

aut iustificare, i. e. se non pro turbatore, sed possessore habendum esse, in proximo termino probare.

§. III.

Antequam inhibitio decernatur, plerumque *monitorium praemittitur* (a) *Monitorium.*

† ORD. PROC. MAGD. c. 4. §. 6.

processus inhibitiuus locum habet, sed etiam in aliis, vid. *Ref. Grau. d. a. 1612. §. 9. Append. O. R. §. vlt.*

(c) In Curia Lipsiensi quinquaginta aureorum. vid. MENCK. d. *Disp. I. §. 44.* aurei autem valor est 1. th. 22. gr. 6. numm. vid. *Rescr. Reg. d. d. 2. Oct. 1711. v. Cod. August. P. I. p. 1179.*

3. (a) Satis autem est, si monitorium contineat spatium 3. septimanarum, quamuis ne hoc quidem requirat O. R. T. I. §. 7. verb. eine gewisse, und läng-

(niſi periculum ſit in mora, aut de turbatione liquido conſtet) cui et quandoque *excitatorium* (b) additur, (c) neque *in* quibuſuis *cauſis* inhibitorio proceſſui locus eſt, ſed tantum inhibitiuis, quas commemorat CARPZOVIVS *in Diſſert. de inhibitionibus*, add. BERGERVS *in El. Proc. Poſſ.* et D. MENCKEN. *in Diſp. Proceſſuali* I. §. 46.

Excitatorium.

§. IV.

Clauſula iuſtificatoria.

Ipſi etiam praecepto inhibitiuo *clauſula iuſtificatoria* inſeritur; (a) vnde

---

längſtens 3. wöchentliche Friſt. Ceterum monitoria litis pendentiam, aut praeuentionem praeſtant. *d.* §. 7.

(b) Si perſonae aut cauſae ratio id poſtulet, O. R. *d.* §. 7. add. SCHWENDEND. *ad Fibig. p. 1226.* vbi formulas exhibet.

(c) Sed et de inſinuatione monitorii conſtare debet, antequam inhibitio decernatur. Quod ſi autem is, contra quem petita fuit inhibitio, poſſeſſionem doceat, denegatur inhibitio, ſi cauſa ſit dubia, praefigitur terminus zur Verhör.

4. (a) Atque terminus definitur ad iuſtifican-

vnde qui in possessione constitutus est, eam derelinquere non tenetur.

Sed et *mandatum Principis excipi* nominatim solet, (b) quo si quis nititur, inhibitionibus Curiarum Prouincialium morem gerere non obstringitur. *Mandatum Principis excetptum.*

§. V.

Si quis in termino neque paritionem doceat, neque iustificet, *inhibitio confirmatur.* (a) Huius sen- *Inhibitionis confirmatio.*

ficandum, aut docendam paritionem.

(b) Quod de Inhibitionibus Curiae Prouincialis Lipsiensis testatur MENCKEN. *d.* §. *46.* Sed et si haec clausula non adiiciatur, (vt fere omitti solet in Inhibitionibus, quae decernuntur a Curia Prouinciali Vitembergensi) tacite tamen subintelligitur.

† ORD. PR. MAGD. c. 4. §. 1. REC. §. 3.

5. (a) Siue plane non compareat inhibitus, siue officio suo non satisfaciat. Nec liberat eum, si paruerit praecepto, nisi paritionem doceat in termino. Atque hanc etiam is docere tenetur, qui facere aliquid prohibitus fuit,

tentiae is effectus est, vt et in possessorio *causa cadat*, et *mulctam* praecepto inhibitiuo expressam iudici *praestare teneatur*. (b)

† ORD. PROC. MAGD. c. 4. §. 6.

Haec tamen exigi nequit, si inhibitus possessorium ordinarium aut petitorium instituat, (c) nisi in hoc etiam succumbat. (d)

§. VI.

Inhibitionis cassatio

Si paritionem doceat, (a) *inhibitio*

---

fuit, e. g. daß er nicht fortfahren solle. Quamuis enim alias negantis non sit probare, hoc tamen casu hac generali praesumtione a multa inhibitionis se liberare nequit, ita *Curia Prouincialis Vitembergensis anno 1712. Term. Quasimodogen.*

(b) Atque haec poena etiam committitur, si inhibitio ex parte confirmetur.

(c) Ad quod instituendum, si aduocatus fisci id vrgeat, terminus ei peremtorius praefigi potest.

(d) A sententia, qua inhibitio confirmatur, appellatio interponi potest, leuteratio non aeque. *O. R. Append. §. vlt.*

6. (a) E. g. per attestatum iudiciale, aut rotulum

tio cassatur, inhibitus tamen in expensas condemnatur. (b) *tio post præritionem.*

§. VII.

Contra *si iustificet*, non modo cassatur (a) inhibitio, sed et ipse ab expensis liberatur, immo in possessione sua contra impetrantem defenditur. *et Iustificationem.*

§. VIII.

Si per iustificationem inhibiti *causa* fiat *dubia*, nec quis pro possessore habendus sit, satis constet, inhibitio in vim simplicis citationis resoluitur, ac causa deinceps *processu summario* in specie sic dicto, non inhibitiuo, pertractatur. (a) *Inhib. resolutio in vim simpl. citationis.*

rotulum testium, vel instrumentum Notarii.

(b) Contra sententiam, qua inhibitio aut cassatur, aut in vim simplicis citationis resoluitur, nec leuteratio nec appellatio locum habet. *Append. O. R. §. vlt.*

7. (a) Perinde si, qui inhibitionem impetrauit, non compareat, inhibitio cassatur. BERGERVS *El. p. 145.* MENCKEN. *§. 48.*

8. (a) Neque opus est nouo libello, BERGER.

† *Iure Magd. poſſeſſio dubia arbitrio iudicis interim ſequeſtrari debet.* ORDIN. PR. REC. c. 18. §. 9.

§. IX.

Teſtes. In proceſſu vtroque etiam *vnus teſtis iuratus* plene *probat*, ſcilicet ad eum effectum, vt, qui teſtem produxit, in poſſeſſione defendi (a) poſſit; immo et *iniurati duo*, ſed eo demum caſu, ſi metuendum periculum cauſae deciſionem iubeat maturari. DECISIO ELECTORAL. I.

§. X.

Interrogatoria. Cumque hic ſoli iudici fides fiat, *interrogatoria non admittuntur*, (a)

† ORD. PR. MAGD. c. 18. §. 6. *ne quidem vice remonſtrationis oblatæ*

ORD.

GER. *El. Proc. Poſſeſſ. §. 6.* Integrum tamen eſt actori, omiſſo poſſeſſorio ſummariſſimo, ordinarium aut petitorium etiam inſtituere.

9. (a) Vid. *Deciſ. El. I. O. R. Append. §. 20.* Iuſtificatio quoque ab inhibito per vnum teſtem fieri poteſt, atque ſi is de inhibiti poſſeſſione deponat, inhibitio caſſatur. MENCKEN. *d. l. §. 49.*

10. (a) *Append. O. R. §. 19.*

ORD.REC. § 8. *nec probationum disputationes in scriptis* ib.

immo *nec remonstratio* rei exspectatur, nisi eam absque mora offerat, aut de ea sibi reseruanda protestetur. (b) *Remonstratio.*

§. XI.

Admittuntur etiam in hoc processu *rotuli Notariorum*, MENCKEN. *d.* §. *48.* qui alias nec in processu ordinario, nec in summario locum habent. (a) *Rotuli Notariorum.*

† ORD. PROC. MAGD. c. 17. §. 2.

§. XII.

Saepissime huiusmodi attestationes statim in primo termino exhibentur, cum *anticipari* possit in hoc Processu *demonstratio*, vt cautelae *Anticipatio demonstrationis.*

(b) Huiusmodi tamen protestationes ne quidem semper attenduntur. Quod si vero neque actor, neque reus possessionem probauerit, eius demonstratio actori iniungi, reo remonstratio reseruari solet.

11. (a) Iure nouissimo Notariorum rotuli non admittuntur, sed tantum iudiciales, qui coram quocunque iudice confici possunt. *Append. O. R. §. 19.*

telae loco fit, aduersarium praeuenire. (a) Si tamen id factum non fuerit, actori demonstratio iniungitur, reseruata, vt in aliis causis summariis, reo remonstratione.

§. XIII.

Iuramenti delatio.

Sed et super possessione *iuramentum* deferri potest, ex sententia Collegiorum Vitembergensium; (a) Qua admissa facile reus impediet, ne statim oblatis ab actore rotulis

12. (a) Iure nouiss. debent rotuli statim offerri, atque si reus in termino eos non exhibeat, non expectata remonstratione, statim fertur sententia. d. §. 19. Si tamen reus gaudeat beneficio restitutionis in integrum, etiam post terminum ei spatium ad demonstrationem possessionis concedi posse videtur.

13. (a) BERGERVS *El. Proc. Possess.* §. 31. Atque huic sententiae nouissime etiam *ICti Lips.* accesserunt. *Scabini* autem Lips. iuramenti delationem non admittunt, teste RIVINO *Tit. XXI. Em. XXXIV.* Atque hanc *Scabinorum* sententiam confirmauit *O. R. Append.* §. 19.

tulis definitiue pronuncietur, puta, ſi ſuper compoſſeſſione aut ſimili circumſtantia actori iuramentum deferat, aut ſi aſſerat, teſtes non rite examinatos fuiſſe, et deſuper iuramenti delatione vtatur, quam admiſſam fuiſſe recordor in *Curia Prouinciali anno 1712. Term. Quaſimodogen.* (b)

§. XIV.

A ſententia definitiua in poſſeſſorio ſummariſſimo lata *appellare non licet, nec leuteratio* contra eam admittitur, (a) ſed pronunciatur: **daß die eingewandte** Appellation **oder Leuterung nicht zuläßlich.** Vid. *Remediorum ſuſpenſiuorum inadmiſſibilitas.*

(b) Documentorum autem etiam in hoc proceſſu habetur ratio, ſi ex iis aut poſſeſſio, aut poſſeſſionis vitium in continenti doceri poſſit.

14 (a) Ita Collegia *Vitembergenſia* cenſuerunt, *Lipſienſia* autem leuterationes et appellationes admittebant. Vid. RIVIN. *Tit. XXXV. En. VIII.* Sed *Vitembergenſium* ſententiam approbauit O. R. d. §. 19.

Vid. BERGERVS *Suppl. T. 1. pag.* 327. (b)

† ORDIN. PROC. MAGD. c. 28. §. 6. ORD. REC. c. 42. §. 2. ORD. GEN. d. emend. re iudic. §. 39. *niſi quoad poſſeſſorium ordinarium praeiudicium per ſententiam naſcatur.* ORD. REC. c. 43. §. 3.

§. XV.

Caſus excepti.

Sed hoc ita demum obtinet, ſi (1.)in ſententia *damnorum* et expenſarum

(b) Nota tamen, (1) Inferiorem iudicem ne hoc quidem caſu appellationem reiicere poſſe, ſed teneri apoſtolis datis rem ad ſuperiorem referre. O. R. d. §. 19. (2) Reſtitutionem in integrum locum habere, ſi lata ſit ſententia contra minorem aut vniuerſitatem, ita *Curia Prouincialis an. 1712. Term. Quaſimodogeniti.* Iure nouiſſ. loco reſtitutionis in integrum leuteratio, aut appellatio huiusmodi perſonis conceditur, eine Leuterung, oder Appellation, weiter aber kein Remedium. d. §. 19. Quodſi autem leuteratione interpoſita ſententia reformatoria lata ſit, parti alteri aduerſus eam leuteratio aut appellatio non permittitur.

sarum nulla (a) sit facta *mentio*, (b) (2.) si vna tantum, non si *vtraque pars* remedio suspensiuo vtatur. (c)

CAP. VIII.

DE PROCESSV PROVOCATORIO.

§. I.

AGamus etiam paucis de Processu Prouocatorio. *Duplex* autem potissimum occurrit *remedium prouocatorium*: alterum ex L. Si contendat, alterum ex L. Diffamari. *Remedia prouocatoria.*

15. (a) Iure nouiss. etiamsi damnorum et expensarum restitutio iniuncta sit, leuteratio tamen aut appellatio aeque locum non habet. d. §. 19.
(b) Quo casu quaeritur; an separatim damna et expensae peti possint? Et negatiua sententia potior videtur. In contrariium tamen responderunt *Scabini Vitembergenses anno 1711.*
(c) Hodie hoc quoque casu remedia suspensiua cessant. d. §. 19.

famari. Quamuis vtriuſque natura et indoles magis ex moribus, quam ex illis legibus ſit repetenda.

§. II.

Prouocatio ex L. ſi contendat.

Ex L. Si contendat. prouocat is, qui exceptionibus ſe tutum eſſe exiſtimat, aduerſarium ſuum non ad agendum, ſed *ad replicandum*,(a) MENCKEN. *Diſp. II. th. 18.* actionem enim actori competere, qui prouocat concedere videtur: (b) vnde

Eius incommodum.

2. (a) Vel: zur Einlaſſung auf die *Exceptiones*, vid. O. R. T. V. §. 5. quas ſi neget prouocatus, prouocans probare tenetur.

(b) Ceterum in hoc remedio minus recte petit prouocans, prouocato perpetuum ſilentium imponi, niſi forte hanc petitionem ad replicam referre velis. Rectius ita: Daß Prouocanten ſeine Exceptiones wider Prouocatens Anſprüche bey Kräfften bleiben. BERGERVS *Oecon. pag. 1193.* atque ſub hac comminatione etiam contumax prouocatus ad replicandum compellendus eſt. Quodſi autem prouocatio minus recte facta fuerit, ad officium iudicis pertinet, admiſſum

vnde satius est ex remedio *L. Diffamari* prouocare, quam huius legis remedio vti. (c)

§. III.

Is tamen *prouocare nequit*, cuius exceptiones non sunt ita comparatae, vt instituta actione principali opponi possint: vnde frustra, *qui ex chirographo aut cambio debet*, creditorem suum prouocat, vt ad exceptiones illiquidas respondeat. Vid. *supra Cap. V. §. 6. lit. a.* BERG. *El. Pr. Prou. §. 52.* (a) *Exceptiones, in quibus non habet locum.*

§. IV.

Fit haec prouocatio *in foro prouocantis.* Cum enim is vices rei susti- *Forum.*

admissum errorem emendare. d. T. V. §. 5.

(c) Ad singularia vtriusque processus prouocatorii pertinet, quod prima citatio non fiat sub comminatioñe. O. R. d. T. V. §. 6.

3. (a) Sed cum iure nouo reconuentio etiam ante conuentionem institui possit, O. R. T. VI. §. 1. probabile est, hanc quoque prouocationem eadem ratione fieri posse, add. O. R. T. V. §. 4.

ſuſtineat et excipiat, prouocatus ibi replicare tenetur, vbi actionem inſtituere poterat. (a) Quod ſi tamen *duplici* foro gaudeat prouocans, in arbitrio prouocati eſt, vtrum, vbi prouocatus eſt, reſpondere, an in altero loco contra prouocantem agere velit. MENCKEN. *loc. cit. §. 19.*

§. V.

Prouocatio ex L. Diffamari. fieri poteſt *coram quocunque iudice*, etiam incompetente,(a) MENCKEN. §. 22. inque ea prouocans alterum ad agendum compelli, et ad perpetuum ſilentium condemnari poſtulat.

Prouocatio ex L. Diffamari.

§. VI.

4. (a) Vid. O. R. T. V. §. 6. verb. vor dem ordentlichen foro, wo die Haupt-Sache hingehöret.

5. (a) Hoc mutatum eſt iure Sax. El. nouiſſ. d. §. 6. T. V. O. R. adeoque haec quoque prouocatio fieri debet coram iudice competente.

§. VI.

Is, *qui* ex hac Lege *prouocat*, † *a cautione pro reconuentione et expensis immunis. ORD. PR. MAGD. RECOGN.* c. 23. §. 3. *diffamationem* aduersarii *demonstrare tenetur*, alias prouocatus ne citari quidem debet, (a) sufficit autem qualiscunque etiam minus plena (b) demonstratio, non tamen iurisiurandi delatio eius loco admittitur. RIVINVS *Tit. I. En. XX.* BERGERVS *Elect. Pr. Prou. th. 28.*

Demonstratio diffamationis.

§. VII.

Ad agendum *prouocari nequit*, *qui possidet*, et possessione sua satis tutus est, cum is rei, non actoris vices,

Possessor prouocationi non obnoxius.

6. (a) Saltim Iur. Saxon. El. *O. P. S. Tit. I. §. fin.* add. *Ordin. Camer. p. 2. t. 25.* † *Conf.* ORD. PROC. MAGD. REC. c. 18. §. 10.

(b) E. g. per vnum testem, aut per attestatum, per copiam documenti vidimatam etc. BERG. *Proc. Prou. th. 26. seq.* add. O. R. T. V. §. 5. quae copias iudicialiter vidimatas, aut vnius testis iuratam depositionem requirit.

ces sustineat. RIVIN. *d. l. Enunc. XXIV.*

§. VIII.

Fatale probandæ diffamationis.

Si prouocatus diffamationem confiteatur, et actionem se instituere velle ostendat, (a) *duplex terminus Saxonicus* ei concedi solet sub poena perpetui silentii, SCHWENDENDOERFFERVS *ad Fibig. pag. 1562.* quamuis etiam *vnicum* terminum Saxonicum *sufficere* recte moneat D. BERGER. *in El. Prou. Proc. th. 32.* et MENCKEN. §. *28.* (b)

† *Iure*

8. (a) Sed *si non compareat*, aut non respondeat, sub poena perpetui silentii respondere iubetur, et in expensas condemnatur. BERG. *l. c.* §. *30.* Atque haec comminatoria statim ferri potest, neque necesse est, vt prouocatus prima vice bey Straffe Ungehorsams sui officii admoneatur. BERG. §. 31. add. O. R. T. V. §. 6.

(b) O. R. d. §. 5. ad instituendam actionem principalem diffamanti non nisi termini Saxon. spatium concedi debere constituit. Integrum autem ei etiam est, statim ad probationem se offerre, aut iuramenti delatione vti. d. §.

† *Iure Magdeburgico mensis spatium sufficit, ORD. PR. REC.* c. 18. §. 10.

§. IX.

Non tamen tenetur (a) *prouocatus* actionem principalem instituere in foro, vbi prouocatus est, aut ibi diffamationem probare, *Forum.*

† *Secus iure Magd.* ORD. PROC. REC. cap. 18. §. 10 cap. 1. §. 25.

sed *prouocantem in foro competente* recte *conuenit.* (b)

§. X.

Si quis sententiae comminatoriae non satisfaciat, tandem perpetuum ei *silentium* iniungitur, et in expensas etiam condemnatur. BERGERVS *Suppl. Proc. Prou. p.* 22. (a) *Sententia.*

9. (a) Potest tamen si velit. BERG. *El. Pr. Prou. §.* 22.

(b) Iure nouo El. Sax. ipsa prouocatio fieri debet coram iudice causae principalis. d. T. V. §. 6. Quodsi tamen prouocans duplex forum habeat, non videtur prouocato electio, vbi prouocantem conuenire velit, adempta esse, conf. MENCKEN. *d. Disp. II. §. 19.*

10. (a) Add. O. R. d. §. 6.

§. XI.

Diffamationis negatio.

Si prouocatus diffamationem neget, prouocanti eius demonstratio iniungitur, quamuis iam antea qualemcunque probationem anticipauerit: imo et prouocato remonstratio nequit denegari. MENCK. *d. l. §. 26.* (a)

CAP. IX.

DE PROCESSV, QVI IN CONCVRSV CREDITORVM OBTINET.

§. I.

Concursus initium.

ORitur *Concursus Creditorum*, (a) quoties aut plures creditores ab

11. (a) O. R. d. §. 5. iubet prouocantem in termino constituto, si prouocatus diffamationem neget, documentorum originalia producere, et si plena probatio deficiat, ad iuramentum suppletorium admitti.

1. (a) De Concursu Creditorum iusti plu-

riium

ab eodem debitore solutionem vrgent, atque inter se de prioritate contendunt, (b) vel, ne aliis creditoribus in ipsorum praeiudicium soluatur, intercedant, aut ipse debitor, se non soluendo esse, fateatur, et creditores postulet citari.

§. II.

Creditorum citatio.

Citandi autem sunt *creditores*, de quibus constat, nominatim, RIVINVS *Tit. XLI. En. XXV.* (a)

rium Tractatus extant, et ORD. PR. SAX. *Tit. XLI. seqq. vsque ad Tit. LI.* prolixe disponit. Sed classes et priuilegia creditorum alibi rectius, quam in principiis Processus Iudiciarii exponuntur. Itaque pauciſſimis caput hoc de Processu, qui in Concursu creditorum obtinet, absoluere licebit.

(b) Vel si plures arrestum sibi concedi postulent. O. R. sublato arrestorum iure concursum oriri tradit, si plures creditores concurrant, et debitorem bonis lapsum esse appareat T. XLI. §. 1. add. T. LI.

2. (a) lure nouo etiam quoad eos creditores, de quibus constat, edictalis citatio sufficit. O. R. T. XLI. §. 2.

† ORD. PROC. MAGD. REC. *d. c.* §. 1.

ceteri edictaliter (b) in tribus diuerſis iuriſdictionibus, RESOL. GRAV. *de an. 1661. Grau. 10.* (c) aut, vt vſus fori fert, in tribus diuerſis territoriis. Vid. BERG. *El. pag. 1740.* (d)

§. III.

Immobilium ſubhaſtatio.

Si debitor bona *immobilia* poſſideat, eorum *ſubhaſtatio* (a) ſuſcipitur

(b) Debet autem haec citatio continere terminum Saxonicum triplicatum, RIVINVS *Tit. IV. En. XLV.* O. R. d. §. 2. cauet, citationem triplex ſpatium Sax. continere debere in concurſibus eorum, qui feuda poſſident, et mercatorum, alias ſufficere terminum Sax. duplicatum.

(c) O. R. d. §. 2. iubet iudicem ſequi modum quem *Reſol. Grauam.* praeſcripſit.,

(d) Aliud in feudis, vbi citatio affigitur in tribus ciuitatibus des engern und weitern Ausſchuſſes. *Reſ. Gr. l. c.* vid. BERG. *El. Diſcept. Forenſ. pag. 1182.* RIVINVS *Tit. IV. En. XLII.* Expedit autem, diem praefixum etiam per nouellas indicari. O. R. d. §. 2.

3. (a) Per quam hypothecae et ſimilia iu-

ra

pitur, (b) et plus licitanti ea adiudicantur, saluo iure primae licitationis. (c)

§. IV.

Vbi creditores ius suum deduxerunt, (a) iisdemque aut ipse debitor, aut eius mandatarius, aut curator concursus respondit, (b) per *sententiam locationis* determinatur, quo cuiuis ordine solui debeat. (c) Constituuntur autem *tot* *Liquidatio.* *Sententia locationis.*

ra exstinguuntur, non aeque seruitutes, nec der Auszug. O. R. T. XXXIX. §. 11.

(b) Qua ratione autem subhastatio fieri debeat, exponit O. R. T. XLI. §. 1. T. XXXIX. §. 11. seqq.

(c) De quibus singulis ad Digesta. add. *Supr. L. I. Cap. 6. Sect. 3.* Iure nouiss. sublatum est ius primae licitationis. O. R. T. XXXIX. §. 16.

4. (a) Quod, qua ratione fieri debeat, definit O. R. T. XLI. §. 3.

(b) De iureiurando, quo debitor eiusue mandatarius, aut curator litis hodie obstringendus est, vid. O. R. T. XLI. §. 4.

(c) Qua ratione iure nouiss. Sax. Elect. creditores collocandi sint, tradit O. R. T.

Classes creditor. *classes, quot creditores,* qui *non pari iure* gaudent. (d)

§. V.

Exceptiones illiquidae. Si creditor debitum probet ex *instrumento guarentigiato, non admittuntur* contra id *exceptiones illiquidae*, sed in reconuentionem reiiciuntur, ex sententia, quam nunc pleraque Collegia Saxonica sequuntur. BERGERVS *El. pag. 192.* (a)

§. VI.

R. T. XLII. seqq. add. KRAVS. *L. 2. C. 5. §. 19. seqq.*

(d) E. g. singuli hypothecarii separatim locantur, si vna hypotheca sit antiquior altera.

5. (a) Aequius autem omnino esse videtur, in hoc vniuersali iudicio etiam illiquidas exceptiones attendere, earundemque demonstrationem statim curatori litis permittere, ob difficultatem reconuentionis et praeiudicium creditorum. Atque hanc sententiam, quam olim quoque *ICti Lipsienses* secuti sunt, vid. MENCK. *ad Tit. XLI. §. 5.* approbauit O. R. ad d. Tit. §. 4.

§. VI.

Curator, vt dixi, singulis creditoribus respondet, *potest* tamen etiam *creditor contra alterum excipere*, si ei praeferri cupiat. (a)

Exceptiones creditorum contra se inuicem.

§. VII.

Expensae concursus *ex massa* eius *praestantur*, & *primo loco* quidem:

Expensae concursus.

† add. ORD. PR. MAGD. c. 49. §. 7. quod intelligendum de iis, quae ante sententiam designationis praestandae sunt; nam postea ipsi creditores pro rata (so viel ein ieder verursachet) eas soluere tenentur. (a) Cetera eodem modo, vt in aliis causis, pro cuiuscunque actionis natura et indole expediuntur. (b)

Reliquus processus.

† Add. ORD. PR. MAGD. c. 48. §. 5. et ORD. REC. cap. 49. §. 3.

6. (a) Neque enim ad curatoris litis officium pertinet, de prioritate cum creditoribus contendere, vid. O. R. T. XLII. §. 1.

7. (a) Add. O. R. T. XLI. §. 6. et XLII. §. 1. (b) Add. O. R. T. XLI. §. 3. et 5.

CAP. X.

DE PROCESSV CRIMINALI.

§. I.

Processus criminalis DE *Processu Criminali* ex instituto egerunt BRVNNEMANNVS, LVDOVICI aliique plures. Nos hic summa tantum eius capita veluti coronidis loco exhibebimus.

§. II.

Accusatorius. Est autem *processus criminalis* alius *accusatorius*, alius *inquisitorius*. Accusatorius vel *in specie* talis, vel *bannitorius*: ille extra Saxoniam

† v. ORD. PR. MAGD. REC. c. 50. §. 1. 2.

magis, quam apud nos in vsu est, ab accusatorio tamen iuris Romani non parum differt. Vid. CARPZOVIVS *Prax. Criminal. qu. 106.* MENCKEN. *Disp. II. §. 3. seqq.* Accusatoris partes plerumque *Aduocatus*

uocatus fisci sustinet, qui libellum accusatorium edit, et post responsionem rei, delicti commissi probationem suscipit, et exceptiones accusati elidere conatur, (a) vbi tamen vltima positio semper accusato relinqui debet.

§. III.

De *processu bannitorio*, qui in banno *Imperii* obseruatur, agere, non est instituti nostri. Vid. BLVMIVS *Proc. Cam. Tit. 29. n. 87. seqq.* MENCKEN. *d. l. §. 5. ibique cit.* In bannitorio *iuris Saxonici* † *cui non nisi in casu iam dictati vltimi supplicii locum relinquit ORD. PROC. MAGD. REC. c. 50. §. 13. add. c. 51. §. 7.* ita proceditur: vt, constituto accusatore, reus per edictalem citationem in tribus diuersis territoriis affigendam in ius vocetur, contumax pri-

Bannitorius Imperii.

2. (a) Conf. omnino MENCKEN. *loc. cit. §. 4. seq.* et BERG. *Oec. p. 1194. seqq.*

† ORDIN. PR. MAGD. REC. c. 51.

primo in legitima *impedimenta*, dein in *bannum inferius* declaretur: poſtea annuum ſpatium reo indulgetur, quo elapſo, ſi in contumacia perſiſtat, iterum in legitima impedimenta, et tandem in bannum *ſuperius* declaratur. (a) Vtrum autem ita condemnatus poſtea ſtatim *vltimo ſupplicio* tradi poſſit; de eo non immerito dubito, quamuis id affirmare videantur D. MENCKEN. §. 8. et BERGER. *Oecon. pag. 1197.* cum ex DECISIONE *LXXVII.* ad quam prouocant, id omnino colligi nequeat. (b) Ceterum de modo ſe

3. (a) Ex hoc banno prouinciali, ſi illud vltra vnius anni ſpatium perduret, bannum imperiale fieri, ſcribit GIOVANNI *Germ. Pr. L. III. c. 4. n. 27.*

(b) Haec enim tantum quodammodo auf gewiſſe maaſſe, eum pro confeſſo et conuicto haberi debere conſtituit. Vnde non dubito, quin haec ſola ficta confeſſio ad ſupplicium vltimum infligendum haud ſufficiat, imo ipſe MENCKEN. *d. l.* defenſiones banniti admittere videtur.

se liberandi a banno vid. BEYERVS *de Guarand. in Epistola, ibique* MVLLERVS. Add. MENCKEN. *d. §. 8.* (c)

§. IV.

Inquisitio vel *generalis*, vel *specialis* est. (a) In delictis *leuioribus reus* carcere non includitur, sed tantum aut summarie, aut ad articulos examinatur. (b) Dico autem leuiora, quorum poena vix ad relegationem temporalem, aut certe non vltra eam extendi potest. *Inquisitio in delictis leuioribus.*

§. V.

(c) De processu banni in crimine, quod dicunt non pernoctatum, v. KRAVS. *L. 2. C. 10. S. 2. §. 4.*

4. (a) Illa, qua Iudex in genere, an et a quo delictum sit commissum, haec, vbi iam contra certam personam ob indicia sufficientia † *non depositionem testium iniuratam regulariter. ORD. PROC. MAGD. REC.* c. 50. §. 3. inquirit.

(b) Quoties ad relegationem peruenirī potest, etiam temporalem, ad articulos responsio exigi solet.

§. V.

in grauioribus. Contra *ſi* et grauia adſint *indicia*, *et delictum graue*, quod capitali aut corporis afflictiua poena, vel relegatione etiam perpetua coërcetur, ſuſpectus criminis, qui *praeſens* eſt, *Incarceratio.* ſtatim cuſtodiae traditur,

† *De Iure Magd. vid. ORDIN. PROC. MAGD. REC.* c. 50. §. 5. *ORD. PROC. VET.* d. c. §. 8. *ORDIN. POLIT.* c. 60. §. 34.

quamuis eo caſu, quo poena criminis vltra relegationem perpetuam extendi nequit, reus facile, praeſtita cautione pecuniaria dimittatur.

§. VI.

Inquiſitio contra abſentem. Abſentem et *fugitiuum iudex perſequitur* literis in carcerationis patentibus, **mit Steck-Brieffen**, ſi ne ſic quidem deprehendi poſſit, *edictaliter* ad reſpondendum ſub poena confeſſi et conuicti (a) citatur,

6. (a) Quae citatio integrum ſpatium Saxon. continere debet, quod etiam concedendum eſt reo praeſenti, ſi contumax ad articulos inquiſitionales reſpondere recuſet. Vid. BERG. *Oecon. p. 1199. not. 4.*

tur, (b) aut ei petenti saluus conductus conceditur; vi cuius eo vsque a carcere liberatur, donec aut poena aut tortura per sententiam decreta fuerit, **bis was peinliches wider ihn erkannt worden.**

§. VII.

Defensio pro auertenda inquisitione nemini facile deneganda est, nisi vrgentissimis indiciis oneretur; † *De Iure Magd.* vid. *ORD. PROC. REC.* c. 50. §. 2. *ORD. POLIT.* c. 60. §. 5. immo iterum et saepius etiam concedi potest. *Defensio pro auertenda inquis.*

§. VIII.

Si reus delictum *confiteatur*, statim per sententiam ICtorum poena in eum statuitur; vbi tamen *defensiones ei* permittuntur, poenae auertendae vel minuendae causa. *Modus procedendi contra confitentem,*

§. IX.

(b) Tandemque pro confesso et conuicto habetur, quae fictio tamen ad irrogandam poenam capitalem non sufficit, sed tantum efficit, vt torturae facilius subiiciatur inquisitus.

§. IX.

contra negantem. Sin neget, indicia, quae ipsum vrgent, exponuntur, et testes praeuio iuramento

† add. ORD. POLIT. MAGD. c. 60. §. 6. ORD. PR. REC. c. 50. §. 4. c. 54. §. 4.

examinantur, et cum ipso, vt loquimur, confrontantur, atque post iterum, vel si conuictus sit, poena ei dictatur, vel si nondum plene probatum crimen sit, aut *purgatorium* ipsi iniungitur, aut *tortura* contra eum decernitur.

§. X.

Defensio. Antequam tamen acta transmittantur, *defensio*

† *in qua etiam rotuli Notariorum admittuntur.* ORD. PROC. MAGD. c. 17. §. 2.

reo, qui eam sibi concedi postulat,

† add. ORDIN. GEN. d. emend. re iudic. §. 57.

permitti debet, immo et postea

† ORD. PROC. MAGD. c. 50. §. 16.

siue pro declinando purgatorio, siue pro auertenda tortura semel atque iterum

iterum, et quandoque saepius, defensio ipsi indulgetur.

† add. ORD. POLIT. MAGD. cap. 62. §. 1. et ORD. PROC. RECOGN. cap. 50. §. 7.

§. XI.

Iuramento purgatorio praestito *absoluitur* reus, etiam ab expensis, nisi ipse culpa saltem sua inquisitioni causam dederit, aut factum aliquod confiteatur, quod animaduersione dignum sit; (a) sumtus tamen defensionis et alimentorum absque discrimine praestare tenetur. *Absolutio post purgatorium.*

§. XII.

De gradibus torturae, deque ratione, qua procedatur aduersus inquisitum, qui aut respondere detrectat, aut confessionem reuocat, ad Digesta exponitur; hic tantum monemus, eum, qui per torturam innocen- *post torturam.*

11. (a) *Mandat. Reg. d. d. 7. Iul. 1717.* eos, qui purgatorium praestiterunt, ad sumtus restituendos condemnari iubet.

nocentiam ſuam obtinuit, licet inquiſitioni cauſam dederit, ab expenſis tamen immunem eſſe, (a) modo non ſuperſit factum illicituim, de quo conuictus aut quod confeſſus ſit: hoc enim caſu non ambigendum eſt, quin ad expenſas praeſtandas condemnari poſſit. (b)

§. XIII.

Concluſio. Atque haec quidem ſufficiant pro inſtituti ratione, (a) quae plenius ſingula perſequi non permiſit.

DE

12. (a) Modo excipias (1) ſumtus alimentorum, (2) in defenſionem factos. Vid. BERGERVS *El. Iur. Crim. pag. 350.* Sunt tamen, qui iure Sax. Elect. nouiſſ. tortum ſine diſcrimine in expenſas condemnandum eſſe cenſent, arg. d. *Mand. Reg. ann. 1717.*

(b) Quod eo vulgo extendunt, vt cui plurima crimina obiecta fuerint, ſi vnum tantum confiteatur, omnes inquiſitionis ſumtus perſoluere cogatur.

13. (a) Quanta celeritate olim apud Germanos cauſae criminales peractae fuerint, ex WECKII *Chron. Dreſd. p. 482. ſeq.* et MVLLERI *Annal. ad ann. 1470.* apparet.

DE LITIVM AMBAGIBVS RECIDENDIS *DISSERTATIO EPISTOLICA.*

§. I.

ANtiqua satis et iusta querela est, quam de diuturnitate litium et difficultate ius suum in iudicio persequendi mouerunt olim haud pauci, et quotidie miseri repetunt clientes, dum anxie dubium exspectant causae euentum, plerumque iis etiam infelicem, qui post longas moras et sumtus maximos inanem victoriam reportant. *Diuturnitas litium.*

§. II. Huic calamitati, qua grauissime respublicae plurimae laborant, remedium aliquando afferri cupiunt legislatores, desiderat populus, et bonus quisque, nisi quem rei difficultas a votis irritis deterret, maxime exoptat. *Votum commune remedii.*

Emendationis difficultas,

§. III. Neque vero diffiteor, adeo inueteratum esse hoc malum, tantasque iam dudum accepisse vires, vt vix certo sibi quisquam possit meliora fata polliceri, non tamen adeo desperatam esse hanc causam existimo, vt de tollendis aut minuendis saltem his molestiis fruſtra sit cogitare, praesertim cum iam nouissima optimorum Principum mandata, iudiciorumque quorundam ordinationes, et virorum celeberrimorum consilia expeditam ostendant viam emergendi ex his difficultatibus, vt ad medelam morbi nihil deesse videatur, quam vt propositis remediis vtamur.

possibilitas.

Excusatio auctoris.

§. IV. Quae cum Te non lateant, Vir Ampliſſime, miratus equidem fui, cur meam hoc de argumento expoſceres ſententiam, quem meliora dare poſſe ſatis ſcio, quam a me exſpectare. Parui tamen auctoritati Tuae, eoque lubentius parui, quo certius, ſi non alium,

alium, hunc saltem operae meae fructum promittere poteram, Tibi vt ea occasionem praestaret, accuratius discutiendi singula, et pro felicitate ingenii ac vi iudicii, qua polles, me rectiora docendi.

§. V. Quemadmodum vero, qui libello exhibito non satis feliciter clientis sui causam proposuerunt patroni, nunc omissa priore actione aliam instituere, nunc immutare libellum, aut ea tantum, quae minus recte expressa fuerant, emendare solent: ita triplici ratione illi, quod nos premit, malo occurri posse existimo, si aut prorsus tollatur recepta huc vsque procedendi ratio, aut immutetur insigniter, aut seruato antiquo ordine ea tantum, quae praecipue moras nectendi causam praestent, resecentur. *Triplex modus medendi.*

§. VI. Grauissimas etiam causas intra paucas dies aut horas quoque expediri posse, gentium, quibus olim illa in litibus breuitas placuit, hodieque placet, exempla euincunt, *Medela I.* Abrogatio processuum omnibus causis intra paucos dies finiendis.

quae si sequi velimus, nulli vnquam supererit de tarditate finalis sententiae querendi causa.

Eius periculum.

§. VII. Sed medendi illa ratio suis incommodis non destituitur, et ad illa remediorum genera pertinet, quae non nisi conclamatis rebus, vbi alia eluctandi ratio non supereſt, adhiberi solent. Neque enim sine incommodo et irreparabili saepius litigantium damno intra tam breue tempus magnae causae deciduntur, et periculi plenum est, eodem momento fere finire litem et inchoare. Iam nisi insignem optimorum, prudentissimorum, honestissimorumque iudicum copiam, consummatissimosque patronos praestruas, litesque omnes rite praeparatas et instructas, non poterit non is, de cuius corio agitur, cliens, aut iudicis, aut aduocati culpa nunc in optima causa cadere, nunc pessimam obtinere.

Incommoda alia.

§. VIII. Quae mala si cum iis, quae patimur, comparentur, non deerunt equi-

equidem, qui ſtrenue mori, et vnius ſententiae accelerato iudicio ſuccumbere malint, quam poſt longas fatalium et terminorum ambages, veluti poſt paroxiſmos plurimos, deficere ac exanimari; plerique tamen credo diutius ſaltem ſpirare et ſperare optabunt potius, quam tam forti remedio praeſentem aut ſalutem aut interitum debere. Taceo, rerumpublicarum, iuriſdictionum iudiciorumque rationes vix permittere, vt abſque incommodis tanta rerum permutatio fieri poſſit. Taceo etiam, aduocatorum ſcribarumque iam ita apud nos excreuiſſe numerum, vt ſerio omnino cogitandum ſit, qua ratione, ſublato antiquo procedendi genere, tot viris bonis proſpiciatur, ne fame pereant, qui ex honeſto munere ampliſſimos adhuc reditus perceperunt.

§. IX. Quod ſi ergo abolere prorſus receptas litigandi rationes, in earumque locum tam diuerſum tamque expeditum agendi genus ſubſti- *Medela II.* Immutatio.

tuere displiceat; immutari saltim admodum ac certis cancellis eas *in*cludi, non adeo difficile, opinor, fuerit, vt intra annuum ad summum spatium quaeuis etiam grauissima causa finiatur. Quod equidem absque negotio putem posse obtineri, si non nisi bene instructae et elaboratae causae in iudicium deducantur, atque interlocutionum ambages et terminorum multitudo euitentur.

Noua ratio lites intra annum aut biennium finiendi.

§. X. Itaque si libellus reiiciatur, nisi statim aut iuramenti delatio, aut articuli probatorii cum *testium no*minibus et documentorum copiis ei subiiciantur, (a) si reo postea ad re-

(a) Id vero quis fieri posse neget, cum integrum actori sit, non instituere actionem, nisi eam instruxerit antea et satis praeparauerit? Sed iustus præscriptionis imminentis metus festinationem aliquando imperat, vt vix libellus intra constituta tempora offerri possit. Huic vero rei facile fuerit occurrere, si protestatione interposita interrumpere praescriptionem

reſpondendum excipiendumque, ad exhibenda item interrogatoria, et articulos reprobatoriales offerendos termini Saxonici, aut duorum etiam menſium ſpatium indulgeatur, replicans articulos, ſi quos velit, eliſiuos, et ad reprobatoriales articulos interrogatoria intra menſem addere, et reus duplicans concludere in cauſa iubeatur, poſt iudex, prout res poſtulat, teſtes examinet, atque ad documentorum diffeſſiones partes admittat, tandemque definitiuam ſtatim ferat ſententiam, aduerſus quam non niſi vnum aut alterum remedium liceat interponere; non equidem ambigendum fuerat, facilius lites finiri, atque anni aut bienii ſpatium quibuſcunque, et quam maxime arduis etiam, cauſis ſuffice-re poſſe.

§. XI. Neque tamen diffiteor, fo- *Dubia circa illam.*
re non paucos, quibus illa quoque

nem ei liceat, qui iam in eo ſe eſſe profitetur, vt actionem contra reum inſtituendam adornet.

procedendi ratio improbetur, qui regerant, non posse tam arctis spatiis spem omnem, occasionemque sua iura deducendi includi, dilationes petendas esse saepius, si documenta quis non possideat, neque impetrare a tertio possit; denique super fide et recognitione documentorum, super delatione et relatione iuramenti necessarias esse sententias interlocutorias, neque vni tantum soli causae aduocatum se addicere posse, ceteras tantisper negligere, id vero necessarium omnino fore, si intra tam breue spatium omnia causae momenta recte expendi et exponi debeant.

Medela III. Celeritatis promotio & ambagum remotio.

§. XII. Quibus etsi dubiis occurri singulis, et obuiam iri posse existimem, multa tamen obstant alia, quae vix sperare iubeant tam insignem legum abrogationem. Supereſt igitur, vt videamus, annon retenta tantisper illa, qua huc vsque vsi sumus, procedendi ratione, sine tanta iurium immutatione contrahi et minui

minui processuum possint prolixitates.

§. XIII. Eamus paulisper per singulas litium progressiones, ac quid potissimum tolli possit, quid coarctari et restringi expediat, summatim indicemus potius, quam exponamus. *Ratio dicendorum.*

§. XIV. Concordiam tentare in ipso iudicii limine, iudicis officio incumbit, neque dubium est, litigantes in causis aut leuioribus, aut valde dubiis saepius bonis consiliis relicturos esse locum, si serio iudices id agerent, partibusque praesentibus difficultatem causae, fataque ac taedia litium exponerent, et componendi litem conditiones commendarent. Nunc, dum alii vix obiter et solennitatis veluti causa id agunt, alii cum damno etiam suo coniunctum esse credunt, non est mirandum, tam raro impetrari, quae non rite tentatur, concordiam, partesque fere declinare inanem terminum, nec nisi per procuratores, eosdem- *Naeuus I. Compositionis ambicabilis neglectus.*

que

que ne transigendi quidem potestate instructos, comparere, cum frustra se comparituras credant.

Industria Regiminis in ea promouenda.

§. XV. Est ea gloria summi inter Saxones Regiminis Regii, quod cum tot causis vnum prouideat, tamen nunquam desinat, serio et sedulo amicabiles, vt loquimur, compositiones vrgere. Intra breue temporis spatium bene multas nouimus lites in ipso principio suffocatas, quae in infinitum daraturae erant, si coram alio iudice motae fuissent.

Maior quam aliorum iudiciorum.

§. XVI. Hinc partes videas auide ad hoc tribunal confugere, et omissa etiam prima, qua vti poterant, instantia, ad id contendere, et audientiam, vt vocant, sibi exorare, vt vel interposita appellatione occasionem inueniant, de lite auctoritate summorum Virorum transigendi; cum contra in aliis iudiciis, etiam vbi ex instituto ad concordiam citantur partes, plerumque solemnes tantum excipiendi formulae recitari,

et

et poſt qualeſcunque de concordia admonitiones litigantes ad procedendum ſoleant ablegari, qui nullum alium fructum ex huiuſmodi termino referant, quam vt conſuetas ſportulas procuratoribus et ad concordiam conſtitutis patronis atque actuariis perſoluant.

§. XVII. Citationes non debere expediri, antequam guaranda (b) et pro reconuentione cautio praeſtita, atque legitimatio ſufficiens exhibita fuerit, publica lege cautum eſt; ſed optimam conſtitutionem omnes fere iudices negligunt, neſcio vtrum incuria, an data quandoque etiam opera, quod ſatius putent eſſe, per vnum alterumue terminum partes de his altercari, neque occaſionem ſportulas acquirendi

Naeuus 2. Intermiſſa exactio guarandae, cautionis et legitimationis ante citationem.

(b) Sed guaranda plane carere poteramus, ſi libelli oblationi tribuas eundem, quem illa praeſtat, effectum. Atque hunc ei fere tribuunt leges, quae guarandam volunt, antequam citatio decernatur, expediri.

Remedium: mulcta negligentis iudicis.

rendi omittendam censeant. Actum itaque puto erit de hac lege, nisi mulcta constituatur in negligentem iudicem, ab eoque citra spem veniae exigatur.

Naeuus 3. Incuria iudicis in aliis *Remedium* idem.

§. XIIX. Qua et illi omnino digni esse videntur, qui libellum manifesta ineptitudine laborantem non ex officio reiiciunt, qui ad nimis arctum terminum, contra praescripta legum, partes in ius vocant, aut circa insinuationem regiſtraturas suo non rite officio defunguntur.

Naeuus 4. Terminorum amplitudo. *Remedium:* coarctatio poena adiecta.

§. XIX. Citationum spatia coarctari, in leuioribus negotiis *in primis*, et si pars vtraque praesens sit, forte expediret; grauioribus in causis etiam integrum terminum Saxonicum reo concedi, non adeo iniquum foret, modo prima statim citatio comparendi et respondendi necessitatem sub poena confessi et conuicti iniungeret; quod mercatorii iudicii Lipſ. ordinatio, *ni* fallor, iubet. Neque dura huiusmodi constitutio cuiquam videri potest,

teſt,qui cogitet,eo quoque,quo vti-
mur,iure ob contumaciam in primo
termino admiſſam cauſa cadere, qui
legitima impedimenta probare ne-
quit, ſi actor eum ad illa probanda
petierit condemnari.

§. XX. Fateor tamen, eandem poenam non facile extendendam ad eos eſſe, qui non rite ſint litem conteſtati, ne ob omiſſam aut non congrue ad vnum comma factam reſponſionem,ex nimia ſubtilitate,per ſolam aduocati, interdum alias ſatis induſtrii, negligentiam cliens ſuccumbat. Quin imo ſi a legibus latis recedas, generalis negatio litis conteſtationis rationem omnino habere poterat,et quid impedit,quo minus in dubio quis negaſſe cenſeatur ea, ad quae minus commode reſpondit?

Naeuus 5. Vitioſa litis conteſtatio.

Remedium: admiſſio eius inſtar negatiuae.

§. XXI. Sunt, qui ſuadent, eum qui litem negatiue conteſtetur, amiſſione exceptionum mulctare. Iure, quod conſtitutum eſt, poena haec non eſt definita, ſed et quo minus

Naeuus 6. Negatiua L. C. cuius, ob *remedii*, amiſſionis exceptionum,

nus ea sanciatur, non pauca mihi, quod pace eorum, qui dissentiunt, dixerim, obstare videntur. Si par conditio rei foret, qui affirmat, et qui negat, postulari forte poterat a reo ingenua confessio, etiam vbi ex-
seueritatem ceptionibus ille satis tutus est: nunc, cum, qui litem affirmatiue contestatur et excipit, actoris partes in se suscipiat, iura et priuilegia reorum in aduersarium transferat, nescio, annon perdidisse, si non prodidisse causam censeri possit, qui in adeo *iniqua* conditione clientem suum constituit. Quid vero interest, vtrum qui iustam causam habet, *ob excep*tiones oppositas vincat, an actore non probante absoluatur? Accedit, quod saepius bona fide quis neget, quae aut ignorat, ita se, aut credit, aliter se habere; quod alii, quae non temere negarunt, animi quadam religione et magnitudine dare actori deinceps, quam ius iurandum praestare malint. Hos vero omnes exceptionum iactura coercere, inno-

centes

centes est et innoxios punire. Sin dolum requiras, vt poenae inficiationis locus sit, probatio doli difficilis diuerticula et nouas litium ambages pariet, satius vt forte sit, in ea, qua vtimur, legum dispositione acquiescere. tolerantia suadetur.

§. XXII. Exceptionibus declinatoriis et dilatoriis euentualem litis contestationem annecti debere, iam legibus iudiciariis cautum est; sed fas erat, dilatorias plane non attendere, si non sint liquidae in continenti. Quo enim maiore cum temeritate eae saepius obiiciuntur, eo minus occasio relinquenda est illis, qui moras nectere cupiunt, per probationes solemnes et reprobationes exceptionis dilatoriae processum remorandi. *Naeuus 7.* Mora e declinatoriis et dilatoriis exceptionibus. *Remedium:* reiectio illiquidarum.

§. XXIII. Qua de causa nescio, annon satius fuerit, de spolio exceptioni plane eam, quam habet, vim denegare, neque permittere amplius, vt ea obiecta quis in quacunque litis *Naeuus 8.* Anomalia exceptionis spolii. *Remedium:* abrogatio.

parte illudere aduersario, et retardare festinantem possit.

Naeuus 9. Dilationes probationum.

§. XXIV. Maxima circa probationes contingit mora. Dum inchoantur, dum ducuntur, dum peraguntur, non vnus, sed plures saepius anni abeunt. Tres dilationes, et quarta etiam, praeuio iureiurando, quod et ipsum non raro iudices exigere negligunt, conceduntur actori, antequam articulos ille probatorios offerat, quos intra primum terminum sine spe dilationis exhibere compellendus erat, qui antequam litem mouet, iam tum de probandi mediis serio debuit cogitare.

Remedium
a) Abrogatio quoad articulos probatorios
b) coarctatio quoad elisiuos.

§. XXV. Soli, qui ad replicas elidendas pertinent, articuli plus fauoris merentur, ad quos addendos si vna dilatio ei concedatur, aut praeuia solemnitate legali altera, non equidem de angustia dati spatii iure quis conqueri posse videbitur. Nunc dum cognitio causae, quae dilationes praecedere debebat, satis frigide a pluribus instituitur, iusiurandum

ei,

ei, qui quartam petit, non ſemper iniungitur, et quinta etiam ac vlterior iis, qui reſtitutionis in integrum beneficio gaudent, indulgetur, antequam articuli porrigantur, elabitur ſaepius tempus, quod finiendis ciuilibus cauſis olim ſatis omnino longum Iuſtinianus conſtituerat.

§. XXVI. Simulac articuli oblati ſunt, iudex productioni terminum ſtatuit, et recte facit, ſi ſine mora ſtatuat. Solent autem ſaepius non comparere teſtes, vt non abs re fuerit, ſtatim eos ſub mulcta 10. vel 20. thalerorum vocari, cum poenam hanc non incurrat, qui aut comparet, aut iuſtam non comparendi cauſam habet, ceteri qui temere emanent, ea non ſint indigni.

Naeuus 10. Mora teſtium.

Remedium: mulcta.

§. XXVII. Remorantur poſt haec in ipſo productionis termino curſum litium diſceptationes de teſtium habilitate articulorumque et interrogatoriorum ineptitudine, quae ſi non tolli omnino, minui tamen poterunt, ſi iudex ex officio te-

Naeuus 11. Diſceptationes de admiſſibilitate teſtium, artic. et interrogatoriorum.

Remedium: iudicis officium.

stes plane non idoneos reiiciat, articulos et interrogationes ineptas et illicitas non admittat, neque de his disceptandi, et iudicis boni arbitrium impugnandi facultas concedatur, nisi quis in casum, si succubuerit, mulctam 5. vel 10. th. deponere sit paratus, sumtusque sententiae solus praestare velit.

Naeuus 12. Multitudo sententiarum super recognitione documentorum. *Remedium:* abrogatio.

§. XXIIX. Iam quod ad recognitionem documentorum attinet, non opus, puto, erat tot sententiis comminatoriis, aut interlocutoriis super recognoscibilitate *documentorum*, si omnia documenta absque praeuia comminatione pro recognitis habeantur, quae quiis in termino productionis nequeat diffiteri, contentionesque super valore eorum differantur **auf das Verfahren über Beweiß und Gegen-Beweiß.** Quo quidem admisso perinde partes, puto, sumtibus parcere poterunt, qui pro sententiis declaratoriis, **daß die** Documenta **zur Noth-**

Nothdurfft recognoſciret, ſoluuntur.

§. XXIX. Editio documentorum plus morae facit, ſed minus faciet, ſi quoties ab aduerſa parte petitur editio, ſtatim ſub poena editi, aut ſimili commination illa imperetur, tertius vero ſub mulcta, quoties iure ab eo poſtulatur editio, edere inſtrumenta iubeatur.

Naeuus 13. Mora edendi inſtrumenta. *Remedium:* poena.

§. XXX. Haec perinde in reprobatione locum habent, cuius fatale ſtatim currere poterat a die termini ad productionem teſtium vel documentorum conſtituti, ſine citatione praeuia zum Verfahren, etiamſi documenta nondum ſint recognita, aut probatio nondum abſoluta.

Naeuus 14. Reprobationis tarditas. *Remedium:* prater dicta fatalis coarctatio.

§. XXXI. Iuramenti delatio in ipſo libello, non demum in termino fieri debebat, ſed hic lege noua non eſt opus, cum guaranda per *Reſolutiones Grauaminum* praeſtanda ſit, prius quam citatio conficiatur, praeſtita autem illa iuramentum deferri amplius nequeat. Quod ſi ſuper arti-

Naeuus 15. Mora iuramentum deferendi. *Remedium:* a) exactio tempeſtiua guarandae. b) quoad

articulos elisiuos coarctatio fatalium.

culis elisiuis non nisi in ipsis articulis ea delatio permittatur, reusque *in* prima statim citatione sub poena confessi et conuicti respondere iubeatur, carebimus termino et sententiis, quibus die Einlassung auf das Vorbringen iniungitur.

Naeuus 16. Defensio conscientiae. *Remedium:* abrogatio illiquidae, et mulcta temeritatis.

§. XXXII. Defensio conscientiae per probationem plane non admittenda erat, nisi liquida ex liquidis documentis, iisque saltim in ipso iurandi termino in originali exhibendis, mulcta etiam in eum constituta, qui temere defensionem et frustra moliatur. Solent enim *plerumque* huiusmodi probandi conatus irriti et inanes esse, neque causa apparet, cur alii iurare debeant, ne is, cui iuramentum delatum est, iurare cogatur. Romanis incognita fuit haec conscientiae defensio, et manifestae turpitudinis ICtus ait esse, nec iurare velle, nec iuramentum referre.

Naeuus 17. Mora ex citatione et oblatione

§. XXXIII. Ita vero multis carebimus ambagibus, si, simulac per sententiam alicui iuramentum iniunctum

iunctum sit, iudex ex officio termi- ad iuran-
num iurandi constituat, integrum dum.
tamen sit, in ipso iurandi termino *Remedium*:
conscientiam per documenta de- Citatio ex
fendere, aut iuramentum deferenti, officio, et
qui ob iuramentum calumniae prae- fatalium
standum abesse nequit, referre. Ita mutatio.
fatali etiam oblationis commode ca-
rebimus, cuius, cur anticipatio pro-
hibita sit, non equidem nostrum est
diuinare.

§. XXXIV. Venio ad disputatio- *Naeuus 18.*
nes attestationum. Semestre spa- Tardae at-
tium, quod his tributum est, nimis testatio-
diuturnum esse, etiamsi nulla vn- num disputa-
quam dilatio concederetur, nemo tationes.
negabit. Sunt, qui aboleri eas plane *Remedium*:
optent, coarctari certe sine incom- acceleratio.
modo possunt, et intra mensis aut
Sax. termini spatium facile ab-
solui.

§. XXXV. Supersunt grauissima *Naeuus 19.*
maturandorum iudiciorum impe- Abusus re-
dimenta, leuteratio et appellatio, mediorum
Quibus nisi limites ponantur, pa- suspensiuo-
rum profuerit cetera coarctasse. rum.

Post septem sententias conformes, nulla intermedia contraria, octaua expectari potest, si quis a magistratu amtsassio ad praefectum, a praefecto ad curiam, a curia ad regimen appellet, et in singulis instantiis leuteratione etiam vtatur. Iam si alternis vicibus nunc mutetur prima, nunc confirmetur sententia, quod facile contingere potest, si super dubio iuris articulo nunc huc, nunc illuc acta transmittantur, vel coram eodem iudice decies, et saepius super eodem capite idem remedium interponi potest, vsque dum *illa*, *quam* primum leuterandi satietas subit, pars prouocet ad iudicem superiorem. Neque enim leuteratio leuterationis dicitur, nisi quae post duas conformes, non intercedente alia, latas tentatur. Sed et contra sententias interlocutorias, et ob grauamina leuissima iudices videas leuterationes admittere, sollicitos, ne, si denegent hoc beneficium, causae cognitio appellatione interposita ipsis subducatur. §. XXXVI.

§. XXXVI. His inprimis diuerticulis praecludenda via est, et vsus beneficii, qui adimi omnino nequit, restringendus, ne in abusum vergat. Neque vero iniquum foret, leuterationem coram eodem iudice non nisi vnam concedi vni, neque iterum ad eam admittere, qui iam semel in eadem instantia hoc remedio vsus est, iis vero, quibus plures instantiae concessae sunt, leuterationes plane negari poterant, nisi appellationi ad intermedium iudicem renuncient. Cur enim rustico aut ciui, qui iudicio amtsassio subest, septem remedia contra eandem sententiam relinquenda sunt, cum schrifftsassiis, si coram supremo iudicio conueniantur, non nisi vna leuteratio, et interdum oberleuteratio permittatur?

Remedium: quoad leuterationes *a*) abrogatio plurium vna tantum admissa. cum renunciatione appellationis intermediae,

§. XXXVII. Sed et temerarias leuterationes facile est coërcere, si mulcta in casum succumbentiae exigatur ab iis, qui ad hoc remedium cupiunt admitti. A qua, si

b) mulcta succumbentis.

per sententiam eos liberare iudici liceat, qui in causa admodum dubia succumbunt, ceteri non immerito pruritum intempestiuum luent.

Remedia: quoad appellationes: *a*) applicatio dictorum. *b*) compendium fatalium;

§. XXXVIII. Quae de leuteratione dicta sunt, ad appellationes etiam maximam partem possunt referri. Mulcta temere appellantibus metuenda multos in officio retinebit. Si appellantes sumtus apostolorum statim, dum schedulam offerunt, exhibere iubeantur, fatali carebimus eorum petendorum et redimendorum, poteritque iudex, a quo appellatum est, facile intra octiduum de causa ad iudicem superiorem referre. Inhibitionum vice lex publica esse potest, neque opus fuerit iustificationis termino, si, simulac admittendam decreuerit appellationem iudex, copiam eius ad excipiendum appellato transmitti curet, et ipsa interpositio sit loco iustificationis. Si haec Tibi le-

uia

uia et inania videntur compendia, at cogites, velim, quantum interfit, pauca habere fatalia, et quam diu, quamque multum nunc coram iudice a quo, nunc apud illum, ad quem appellatum eſt, diſceptari ſoleat ſuper appellationum deſertione. Quae controuerſiae ceſſabunt, ſi ipſa fatalia, quae illis cauſam praeſtant, fuerint ſublata.

§. XXXIX. Appellationes per ſaltum, vt vocamus, fieri, iudices intermedii non aequo animo admittent. Curiae prouinciales facile patiuntur ſe praeteriri, cauſamque a ſchrifftſaſſiis, omiſſa Curia, ad appellationum tribunal deferri. Nam ad quos ex ſportulis nullum emolumentum redit, ii non aegre ferunt, labore de pluribus cognoſcendi cauſis ſe leuari. c) Saltus.

§. XL. Omiſeram propemodum, quod non omittendum omnino erat, quotidianum et perpetuum *Naeuus 20.* Contumacia leuterati et appellati.

petuum illud appellationum et leuterationum impedimentum. Appellato et leuterato impune licet non comparere. Dudum est, quod illo beneficio litigantes abuntur. Tolli ergo id expedit, atque statim non comparente, aut non respondente illo, contra quem remedium est interpositum, definitiuam, perinde ac si, quod integrum cuiuis est, submiserit ad acta, sententiam pronunciari, aut si omnino quauis iudicis industria licet adhibita ad decisionem causae peruenire nequeat, absentis mulcta et expensis contumaciam coërceri.

Remedium: Sententia in contumacem.

vel mulcta.

§. XLI. Multum praeterea temporis perit clientibus, si, postquam in causa concluſum est, sententiam per aliquot menses expectare necesse sit. Quod non potest non contingere, si certis tantum statisque temporibus ius dicatur, aut collegia, ad quae acta inferior iudex deferre adstringitur, non nisi

Naeuus 21. Retardatio sententiae.

post

poſt plurium menſium, et annuam ſaepe moram ea remittant.

§. XLII. Vereor iam tum, Vir Ampliſſime, ne taedium Tibi pariat mea verboſitas, et ne, quam in litibus improbas, epiſtolae etiam meae Tibi prolixitas diſpliceat. Itaque deſinam, vbi vnum tantum attigero, quod finit lites, argumentum. Cernimus quotidie, etiam poſtquam ſententia finalis in rem iudicatam tranſiit, per annum, imo per annos plures etiam impediri actores, quo minus id obtineant, quod ipſis amplius negari non debeat. Itaque expendas velim, an non ſatius ſit, ipſi ſententiae definitiuae ea iura, quae vulgo executioni et immiſſioni tribuunt, largiri, vt ſtatim poſt terminum Saxonicum, aut quatuor ſeptimanarum ſpatium ad ſubhaſtationem perueniatur, niſi currente eo creditori fuerit ſatisfactum.

Naeuus 22. Ambages executionis et immiſſionis.

Remedium.

§. XLIII.

Noeuus 23. Incommoda subhastationis et exceptionum.

§. XLIII. Circa ipsam quoque subhastationem exceptionesque, quae intra terminum executiuum oppositae, aut in ipsa etiamnum executione admittuntur, quae ab aliis desiderentur, non ignoras.

Silentium autoris de naeuis processuum extraordinariorum.

§. XLIV. Ego nihil addo, ne Tibi, homini minime omnium otioso, molestus sim, atque adeo omitto ea et in aliud tempus reiicio, quae circa processum summarium, executiuum et possessorium, ac cetera agendi genera, et in primis de concursu creditorum dicere constitueram, quae iudicia, cum quamprimum prae reliquis finiri deberent, per longum et longissimum tempus hodie saepissime ducuntur.

Votum pro frenanda malitia iudicum et aduocator.

§. XLV. Ceterum calliditati et malitiae hominum nullae forte leges sufficiunt. Nam, lege lata, fraudem inuenire adeo non est difficile,

ficile, vt, nisi alia ratione iudicum et aduocatorum, si ita appellari merentur, qui sanctissimis officiis abutuntur, fraudibus occurratur, nullam sperare aut fingere omnino liceat procedendi viam, quam impeditam, qui in id intendit, et difficilem reddere, si velit, non possit.

§. XLVI. Vtinam vero dissensus Collegiorum Iuridicorum vel ii saltim, qui circa processus formam et fatalia occurrunt, aliquando tollerentur. Neque enim infrequentes sunt illae controuersiae, vt si quis colligere cupiat, quae circa singulos ordinationis iudiciariae titulos mouentur, eum facili negotio plures ego existimem centurias illarum cumulaturum esse, quae non possunt non singulae leuterationibus, appellationibus aliisque remoris frequentes ansas suppeditare. Tollendoque dissensu collegiorum iuridicorum.

§. XLVII.

Conclusio. §. XLVII. Sed haec Tu singula, Vir Consultissime, qui et causis olim perorandis ipse dedisti operam, et nunc in ampliſſimo ordine iudicis quotidie officio defungeris, rectius et melius expendes, cui si leui hac et subitaria opera obsequium meum approbauerim, parum aliorum ego iudicia, et aduersas forte sententias, formidabo. Dat. Kal. Mart. Ann MDCCXIV.

INDEX

INDEX RERVM ET VERBORVM in hoc opere occurrentium,

Vbi numerus primus paginam, alter §., litera vero notam §. subiectam designat.

A.

Absentia iudicis et actuarii in termino 30. 1
Absolutio ab actione 200. 5
ab inquisitione post purgatorium 369. 11
post torturam 369. 12
ab instantia tollit poenam contumaciae praecedentis 34. 4
non actionem 38. 7
Actio noua quousque institui possit 152. 3
Actio ad exhibendum vtilis est, si dubitetur, an documentum possideat is, a quo editio eius postulanda 140. 4
Actio fiscalis leuior summaria est 282. 1
Actio hypothecaria alternatiue instituta tolerari potest 14. 2. h
Actio iniuriarum aestimatoria in Saxon. Elect. sublata est 282. 1. b
omnis in Saxon. Elect. summaria est 282. 1
in Ducatu Magdeburgico sublata 283. b
non admittit reconuentionem 281. 4. b
Actiones iniuriarum quomodo in Saxon. Elect. instituendae 293. sqq.
Actionum cumulatio quando permissa 12. 2. d. e
Actiones quales cumulari possunt 12. 2
quot cumulari possunt 12. 2.
in Electoratu Saxonico plures quam tres, si nulla metuenda confusio 13. 2. e
Actionum nomen non est necessario exprimendum 12. 2

Actor mulieris 64. 13
eiusque curator 64. 13. b
pupilli et tutoris, vel tutoris tantum 61. 12
Actorium an morte curatoris exspiret 65. 13. c
Actorum inrotulatio in Saxonia minus sollicite, quam alibi peragitur 196. 2
praesentibus partibus facta iudici adimit facultatem, iisdem absentibus acta remissa aperiendi 197. 2. a
recte fit a iudice termino inrotulationis circumducto 32. 2
Actorum remissio ad iudicem prioris instantiae fit post confirmatoriam vel declaratoriam sententiam 234. 12
Actorum transmissio dependet ab arbitrio iudicis 195. 1
nisi causa sit criminalis 194. 1. a
aut ipsius iudicis 6. a. n. 3
quid si partes eam petant 194. 1. b
Actuarius absens in termino 30. 1
iuramento constituendus in praesentia subditorum 6. 9. b
Notarius an esse debeat 7. 10
in causa criminali actis subscribere debet tanquam Notarius 7. 10. b
quales actus expedire possit absente iudice et scabinis 9. 10. c.
in Saxonia Electorali fieri non potest, nisi qui ad praxin exercendam admissus 7. 10. a
Adhaesio appellationis vel leuterationis 235. 14
Adhaerere appellationi non potest, qui appellationem deseruit 235. 14. a
Adhaerens non opus habet introductione 236. 14
Adhaesio litis contestationis a consorte facta 91. 1. a
Admonitio (Auflage) fit a iudice immediato alterius citationem insinuante 22. 6
Aduocatus fisci vice accusatoris est 362. 2
fraudem legi faciens coërceudus est 398. 45
leuterationem interponere potest, non prosequi 211. 5. d

eius ſalarium aut palmarium non reſtituit condemnatus in expenſas 205.7
Amtſaſſius appellationem admittit ad præfectum 5.8
in dubio praeſumitur potius, quam Schrifftſaſſius 4.8.a
Anticipatio licita demonſtrationis in poſſeſſorio ſummariſſimo 345.12
prohibita oblationis ad defenſionem conſcientiae 171.3.d
ad iurandum 163.4
proſecutionis arreſti 335.3
Apoſtoli refutatorii, reuerentiales et teſtimoniales 227.7
eorum petitio quo modo fiat 224.5
redemtio 225.6
in quibus appellationibus ſit neceſſaria 226.6.e
Appellatio generaliter tractata 221. ſqq.
ab Amtſaſſiis, Schrifftſaſſiis, Praefectis, Curiis 4.8
a Commiſſariis et deputatis fit ad committentium et deputantium ſuperiores 275.4.c
a Conſiſtoriis 4.7
a Regimine Hallenſi 5.8.b
admittitur contra leuterationis reiectionem 213.7
friuola multanda eſt 394.38
illicita eſt in poſſeſſorio 343.6.b. et 347.14
in proceſſu ſummario ex §.22. Mandati regii de duellis 302.10
ſi fiat per ſaltum 222.2
quod permittendum 392.35. et 359.39
in cauſis cambialibus quouſque admittenda 324.4.a
reiecta, quod initium praebeat fatali probationis 101.2.d
ſi ob denegatam termini prorogationem interpoſita, vtrum poenae contumaciae ſubdat appellantem 29.11
quando pro deſerta habenda 230.9
Appellatio coram Notario licita extra Saxoniam 223.4
Appellationis adhaeſio quomodo fiat et quo effectu 235.14

Appellationis fatalia abroganda 394. 38
interpositionis 222. 3
quando incipiat, publicatione non eodem tempore partibus facta 200. 4. c
introductionis 228. 8
iustificationis 230. sqq.
petendorum apostolorum 224. 5
redimendorum 224. 6
Arresti concessio 333. 2
processus 333. sqq.
in Saxon. Elect. sublatus 333. 1. a
prosecutio 335. 3
Arrestum non tribuit in Saxonia Electorali ius reale vel praelationis 333. 1. a
Articulos additionales quoad addere liceat 110. 1
Articuli impertinentes ex officio reiiciendi 387. 27
necessarii in defensione conscientiae 172. 4
non necessarii in processu summario 286. 5
in probatione ordinaria 102. 3
prudenter sunt formandi 104. 4
Attestationes vid disputationes probationis
Auctio taxationi et subhastationi substituenda 246. 4. d
Auditeur an Notarius esse debeat 7. 10. a
Aureus quantum valeat 339. 2. c
Autor proximus adeundus 261. 4
actionem contra suum autorem cedere potest 261. 4
Autoris nominatio 264. sqq.
quando fieri debeat 264. 7. a
si dolosa fuerit 265. 8. b

B.

B *Annum* imperii 363. 3
Saxonicum inferius et superius 364. 3
Beneficium excussionis et diuisionis non est necessario abdicandum in Syndicatu 67. 14
primae instantiae locum non habet si subditi conueniantur a domino in curia prouinciali 5. 9. a
Beybringen in sententia demonstrationem minus solemnem denotat 285. 5. a

C. Cam-

C.

*C*Ambium non intelligitur, nisi inserta voce cambii 329. 8. a
suam naturam post quadriennium amittit 330. 8. b
indossatum 328. 7
*Captur-*Befehl in causa cambiali 325. 5
Cautio iuratoria 73. 4
quando locum habeat 74. 4. h
Cautio de lite prosequenda praestanda ab actore contumace 32. 3
in Saxonia Electorali abrogata 36. 5. a. b
Cautio pro reconuentione in Saxonia Electorali sublata 73. 4
Cautio inquisiti ad carceres vitandos 366. 5
pro expensis exigi potest etiam in causa matrimoniali 309. 4
praestanda ante citationem 17. 2
in primo termino 73. 4
remissa est possessionatis 73. 4
etiam vniuersitati 67. 14. d
prouocanti 353. 6
Cautio rati contutoris 63. 12
procuratoris mandato manco instructi 50. 4. a
tacitum mandatum habentis 59. 11
Cessionarius non diffitetur, sed cedens 130. 9. a
non potest agere executiue ante probationem cessionis legitimae 317. 4
Charta blanca non sufficit legitimationi 50. 4
Citatio edictalis creditorum ad concursum 357. 2
quantum tempus continere debeat 358. 2. b
vbi affigenda 358. 2. d
delinquentis fugitiui 366. 6. a
Citatio per literas continere debet nomen, locum, diem, et actum 18. 3
ad primum terminum debet dirigi ad concordiam et respondendum, et quidem sub poena confessi et conuicti 18. 3

Citatio per literas ceſſat haec poena in proceſſu prouo-
catorio 351. 2. c
ad iurandum vel publicationem ſententiae debet eſſe
directa ad horas matutinas 18. 4. b
Citatio ad reaſſumendam litem 270. 3. c
decernitur a iudice 16. 1
in Elect. Saxon. intra 14. dies a die oblationis libelli
16. 1. c.
continere debet terminum Saxonicum 19. 4
quae cauſae hic excipiuntur 19. 4. d
ad leuterationem proſequendam 214. 8
ad publicationem atteſtationum 141. 1
ſententiae 198. 3
ad redimendas copias atteſtationum 191. 6. b
creditorum notorum ad concurſum 357. 2
debitoris cambialis 322. 1. et 2
mercatoris Lipſienſis ad iudicium mercatorium
323. 2
plurium 25. 8
teſtium ſub poena 5. thalerorum 111. 2. a
immediata fit a commiſſario Principis 273. 2. a
a regimine et curiis prouincialibus 21. 6. a
mediata 21. 6
mixta obtinet in Conſiſtoriis Saxonicis, non aliis
308. 2
intempeſtiua inanis eſt 142. 1. b
Citationis inſinuatio quae requirat 23. 7
facienda ipſi parti 23. 7
vel ad domum 26. 9
an etiam mandatario 23. 7. d
Syndico 25. 7. 1
tutori vel curatori mulieris 24. 7. f. g
pluribus facienda quoad ſingulos neceſſaria 25. 8
quid ſi eam nemo velit accipere 27. 9. b
recte fit poſſeſſori praedii, quod defunctus in Saxo-
nia habuit, nomine coheredum exterorum 25. 8. d
non conductori aedium 27. 9

Citatio insinuatio registratura interuenientc annotanda 28. 10
vitiosa non inuoluit desertionem leuterationis prosequendae 215. 9. a
Ciuitas quomodo citetur 24. 7
quomodo compareat in iudicio 66. 14
Classes creditorum tot, quot creditores diuerso iure vtentes 359. 4
Clausula iustificatoria inhibitionibus inseritur 340. 4
si obmissa, sub itnelligitur 341. 4. b
Clausulae libellis addi solitae sunt vel inanes 14. 3
vel salutares 14. 4
salutaris quem effectum habet 15. 5
Clerici vtrum processui cambiali obnoxii 331. 9. b
Collegia iuridica dissentientia concilianda sunt 399. 46
in actis transmittendis quaenam praeferenda 195. 1. c
Commissarius non decernit compulsoriales contra tertium 274. 3. a
Commissarius praestat iuramentum iustitiae, si eo non obstrictus 272. 2
Commissarii officium 273. 2
potestas 273. 4
Commissoriale determinat commissarii ius 272. 2
in copia citationi adiungendum 273. 2. b
Comparatio literarum quomodo instituenda, et quem vsum habet 127. 8. a
in Electoratu Saxon. abrogata ibid.
nunquam plene probat ibid.
Comparitio litigantium vel per se vel mandatarios 48. 3
personalis necessaria in Saxon. Elect. in primo termino in omni processu 47. 1
necessaria est in processu cambiali a parte rei 322. 1. b
iniungi potest a iudice ecclesiastico 309. 3
Compositio amicabilis communiter negligitur 379. 14
in Elect. Saxon. tentatur et quidem expeditum ad acta refertur 47. 1

Compoſitio amicabilis per commiſſarios inter ſubditos et praefectos 272. 1. d.
Concluſio in cauſa quomodo facienda 196. 2
Concurſus creditornm mouetur vel a creditoribus vel a debitore 356. 1
eius expenſae quomodo praeſtentur 361. 7
proceſſus in Saxonia et Ducatu Magdeburgico 361. 7
Conditio inſtrumento guarentigiato inſerta quouſque impediat proceſſum executiuum 317. 4
Confrontatio teſtium cum inquiſito 368. 9
Conſcientiae defenſio per probationem iure ciuili incognita 168. 1
coarctanda ad probationes liquidas 390. 32
in quibus cauſis locum non habet 169. 2. a
in quibus iuramentis 169. 2
quando ad eam ſe offerre debeant 170. 3
quomoda facienda 173. 5
temere inſtituta mulctam meretur 390. 32
qui renunciat ad iusiurandum non habet regreſſum 173. 4. b

Conſiſtorii citatio 308
iuriſdictio 3. 7
modus procedendi 307. ſqq.
Contumacia actoris in primo termino 32. 3
coërcetur, licet contumacia accuſata non ſit 32. 3. b
quomodo poſt litem conteſtatam 35. 4. c
appellantis apoſtolos non redimentis 225. 6
in termino iuſtificationis non comparentis 230. 9
non replicantis 231. 9. e
appellati 232. 10. a
meretur poenam 395. 40
delinquentis edicta liter citati 367. 6. b
iuraturi in termino non comparentis 168. 10. et 183. 7
leuterantis in termino proſecutionis 216. 10

Contu-

Contumacia leuterati 218. 12
litis denunciati 262. 5
positionem in disputationibus probationum non offe-
rentis 191. 6
probantis 105. 5. b
producti 113. 3. a
prouocati ex lege: *Si contendat* 350. 2. b
ex lege: *Diffamari* 354. 8
rei litem non contestantis 82. 5. f
non comparentis 38. sqq. et 296. 4
in causa cambiali 323. 2
non recognoscentis in causa cambiali 324. 3
in processu executiuo 319. 5. b
in processu ordinario 126. 6. 7
in processu summario 296. 4. 5
non admittit remedium suspensiuum 209. 2. c
non committitur actuario aut iudice absente 20. 1
errore quoad nomen in citatione
commisso 18. 3 a
partibus ad diuersos dies citatis
31. 2. a
Conuentio quando dicatur finita 277. 2
Copia documenti articulis addenda et transmittenda
103. 3. et 120. 2
an et in processu summario
288. 6
cautius omittitur editione ab aduersario petita
135. 2. d
non transmissa vtrum inuoluat poenam amissionis
120. 2. a
pro originali aliquando vtiliter recognoscitur
135. 2. c
Creditor, vid. Classes Concursus Creditorum.
Crimen leue et in illud inquirendi modus 365. 4
graue 366. 5
Cumulatio actionum in eodem libello quo vsque per-
missa 12. 2

Curator actorem constituit 61. 12
mulieris quid valide pro ea gerat 64. 13. b
Curiae Prouinciales Saxoniae habent iurisdictionem concurrentem cum Regimine Dresdensi 5. 8. c
praeteriri possunt in appellatione 222. 2. et 395. 39
vtuntur processu inhibitiuo 338. 2

D.

DArthum significat solemnem probationem 285. 5. †
Declaratio honoris vbi obtinet 300. 8. c
Defensio conscientiae vid. *Conscientiae defensio.*
inquisiti pro poena auertenda vel minuenda 368. 10
inquisitione auertenda 367. 7
pro purgatorio declinando 368. 10
pro tortura auertenda 368. 10
Demonstratio anticipari potest in processu possessorio 345. 12
das Beybringen in actione negatoria ad terminum Saxon. adstricta etc. 285. 5. a
Demonstratio diffamationis ad prouocandum 253. 6
plenior requiritur prouocato negante 356. 11
fatale in processu diffamatorio 354. 8
dilationis petitae 106. 6. a
exceptionum in processu summario ex §. 8. resol. grau. 291. 8
in processu summario ex §. 22. Mandat. Reg. de Duell. 298. 6
in processu summario ex §. 6. Tit. 1. Ord. Proc. Recogn. 304. 12
intercesse, quod interueniens in causa habet 254. 3. a
legitimorum impedimentorum 43. 3
non iniungenda autorem nominanti 265. 8
quomodo differat a probatione 285. 5
vtrum in conscientiae defensione admittatur 174. 5. et 288. 6

Denunciatio in processu summario ex §. 22. Mandati Regii de Duellis est instar libelli 294. 2
litis vid. litis denunciatio.
Depositio quando sit admittenda, vt reconuentio institui possit 278. 2. c
testium dubia 117. 5. b
in casum succumbentiae in Saxon. introducenda 393. 37
Deprecatio in propria persona peragenda 300. 8. c
a Deputatis prouocatur ad deputantium superiores 275. 4. c
Dies termini quomodo exprimendus 18. 4
Diffamationis aliqualis demonstratio 353. 6
plenior post negationem prouocati 354. 11
probatio a diffamante suscepta 354. 8
Diffamans quando actionem principalem instituere debeat 354. 8. b
Diffessio vid. Documentorum diffessio.
Dilatio probationis concedenda non est facile 386. 24
nulla conceditur in processu ex §. 6. Tit. 1. Ord. Proc. Recogn. 304. 12
quando currat 105. 5. d
quando petenda 105. 5
quotuplex concedatur 106. 6
prima quomodo concedatur 106. 6. a
secunda ibid. b
tertia ibid.
an in Electoratu Saxon. concedenda 107. 6. c
quarta quibus concedenda 108. 6. h
vtrum in causis summariis eodem iure censeatur, quo in ordinariis 289. 6. h
an differat a prorogatione 105. 5
Disputatio attestationum 187. 2. sqq.
coarctanda 391. 34
eius fatale 190. 2. a
an admittenda si probatio et reprobatio per documenta facta 193. 7. a

non

Disputatio attestationum non admittitur iure Magdeb. in proc. summ. 287. 5. †
non necessaria est in probatione pro conscientia defendenda 176.7. d
Documenta articulis inducenda et copiae transmittendae 103. 3
eorum inuentarium exhibitum a iuramento edendorum liberat 138. 3. d
originalia quando ab actis repetantur 123. 4
Documentorum diffessio quomodo et quo effectu fiat 127. sqq.
Documenta publica non licet diffiteri 129. b
ad diffessionem admittitur post iniunctam recognitionem 127. 8
quamuis executiue agatur 319. 5
etiam post incarcerationem rei contumacis in processu cambiali 324. 3
non quoad contenta, subscriptione recognita 131. 9. et 320. 6
Documentorum diffessionem impedire potest aduersarius derelinquendo processum priorem et instituendo nouum 320. 6. 8
ad documentorum diffessionem se offerens et postea renuncians quomodo puniendus 130. 8. e
Documentorum editio 133. sqq.
absque ambagibus facienda 389. 39
declinatur ab aduersario concessione articuli 136. 2. f
recognitione copiae pro originali 135. 2. c
peti nequit eodem libello, quo recognitio postulatur 140. 4. et 314. 1. b
in processu executiuo, ne quidem a reo 321. 7. b
in processu summario ex §. 8. Resol. grau. 291. 8
sine indiciis possessionis aut iuramenti delatione 137. 3
quando petenda 133. 1
quomodo petenda 134. 1. c

Documentorum editio recusata quam sententiam pariat 134. 2
vnica sententia perfici debet 389. 29
Documentorum productio quando et qua ratione facienda 121. 3
recognitio quotuplex 125. 5
fieri debet licet specialiter petita non sit 122. 3
quaenam sint recognoscenda 123. 5
Domestici quinam 27. 9. a

E.

Editio documentorum vid. Documentorum editio.
Euictio requirit litis denunciationem 259. 2
Exceptiones contra cambium 326. 6
an indossatario ex persona indossantis opponi possint 328. 7
contra creditores in concursu 360. 5
contra documenta reseruandae sunt, dum ea recognoscuntur 125. 5
saluae sunt, si ea pro recognitis habita fuerint 127. 7. b
contra executionem 247. 6. b
contra testes reseruandae quoad personas non dicta 115. 3. d
quaenam ante litem contestatam opponantur 75. 1
Exceptiones dilatoriae fori declinatoriae quando opponendae 79. 3
in specie sic dictae 80. 4
illiquidae non sunt admittendae 86. 9. et 385. 22
opponuntur simul ante recognitionem in processu executiuo 320. 7. a
quando in processu ordinario 77. 2
quando in summario 282. 3
probantur fere nunquam 86. 9
an per iuramenti delationem 87. 9. b

Exceptiones perentoriae admitti debent etiam post negatiuam litis conteſtationem 383. 21
licet iuramentum delatum ſit ſuper actione 186. 1
non in defenſione conſcientiae per probationem 172. 4
nec in remonſtratione contra demonſtrationem exiſtentis conditionis in proceſſu executiuo 317. 4. e
annectendae ſunt litis conteſtationi 97. 8
illiquidae in cauſa executiua non admittuntur 320. 7
in reconuentionem reiiciuntur 279. 3
etiam in concurſu creditorum 360. 5
omiſſae in conuentione in reconuentionem deduci queunt 280. 3
non vero neglectae 280. 3. c
opponuntur in proceſſu executiuo ante et poſt recognitionem 320. 7. a
probantur in demonſtratione in proceſſu ſummario ex §. 8. reſol. grauam. 291. 9
in probatione lite affirmat. *conteſtata* 99. 1. a
in reprobatione regulariter 98. 8
Exceptio non numeratae pecuniae admittitur etiam in proceſſu executiuo 321. 8
non in proceſſu cambiali 327. 6
excuſſionis in cambio 330. 8. a
SCti macedoniani in cambio 330. 9. a
Exceptio ſpolii quando et quomodo opponenda 88. 10
petitum quomodo formandum 90. 10. c
reſtringenda 385. 23
Excitatorium in proceſſu inhibitiuo 340. 3
Executio abroganda 397. 42
a quo fiat 244. 3
in nomine quomodo fiat 246. 5
ficta 251. 9

Execu-

Executiuum praeceptum potius peti debet, vbi potest, quam processusexecutiuus instituui 242. 1. a. et 315. 2
quomodo peragenda 244. 4. sqq.
suspenditur per querelam nullitatis in Duc. Magdeb. non in Saxon. 240. 3
per interuentionem principalem 257. 4
Exmissio debitoris 244. 4. a
Expensae concursus debentur ex massa, quae ante sententiam designationis praestantur 361. 7
post sententiam designationis a quolibet creditore pro rata ibid.
defensionis 369. 11
inquisitionis 369. 11. et 12
leuterationis non fert leuterans, nisi in eas condemnatus 203. 6. a
litis quando adiudicentur, quando compensentur 185. et 203. 6
restituendae ab actore contumace, licet liti renunciet 37. 6
a diffamante contumace aut non probante 355. 10
ab haerede defuncti, cuius liti renunciatum 271. 3. c
ab inhibito paritionem docente 343. 6
a victore aliquando in causa matrimoniali 313. 9. a
non superfluae 205. 7
separatim peti nequeunt in sententia super possessorio summarissimo praeteritae 203. 6. a
liquidantur et moderantur a iudice 206. 7. c
restituuntur ab appellante non iustificante aut dilationem impetrante 230. 9
ab appellato comparente et ad merita causae non respondente 232. 10. a
a defensore conscientiae nihil probante 176. 7. c

Expensae litis restituentus a leuterante in vlteriore termino se nonsistente. 217. 11. a
a litis denunciato, si denuncians succumbat, non si vincat 263. 6
a non recognoscente prima vice 126. et 127
a reo autorem ante L.C. non nominante 264. 7
contumaciter non comparente 45. 4

F.

Fideiussor ex cambio processu cambiali conueniri potest 330. 8. a
Fideiussori exceptio excussionis in cambio non competit ibid.
Fiscus habet aduocatum 362. 2
vtitur processu summario in causis leuioribus 282. 1. et 293. sqq.
Formulae sententiae definitiuae absolutoriae 200. 5. b
condemnatoriae *ibid.*
post condemnationem *in legitima*
impedimenta 43. 3
post probationem 201. 5. c
super accusatione contumaciae
actoris ante terminum per literas
se excusantis 33. 3. g
rei sub poena Confessi et Conuicti
respondere iussi ante purificationem sententiae 84. 7. a
appellatione 234. 12. a
articulis impertinentibus ad conscientiam defendendam oblatis 173. 4. b
contumacia prouocati ex l. *si contendat* 350. 2. b
rei in primo termino non comparentis, comparitionem iniungentis 39. 1. b. c
in legitima impedimenta condemnantis 39. 1

Formu-

Formulae ſententiae ſuper defectu legitimationis 49.4.a
denunciatione litis facta 263.5.d
petita 262.4.c
dilatione quarta a minore petita 108.6.h
documentorum amiſſione 119.1.b
editione ab eo, quem ea poſſidere non docetur poſtulata 138.3.b
recognitione 132.10
exceptionibus illiquidis ad impedimentum litis ingreſſum oppoſitis 76.1.c
interuentione 256.4.c
iuramenti acceptatione 160.2
delatione reſeruata 155.6.c
leuteratione 220.14
intempeſtiua 211.5
leuterationis 209.3.b
litis conteſtatione 94.5.b
lit. conteſt. affirmatiua annexis exceptionibus peremptoriis 155.6.b
probatione ſuſcipienda praeuio facto alterius 102.2.e
reaſſumtione litis 270.3.b
remedio ſuſpenſiuo in poſſeſſorio ſummariiſſimo 347.14
remonſtratione ſuſcipienda 286.5.c
reprobatione ſuſcipienda 144.2
Forum in Elect. Saxon. 4.5
non mutatur per nominationem autoris 266.9
litis denunciatae 263.5.†
prouocationis ex L. *Si contendat* 351.4
ex L. *Diffamari* 352.5. et 355.9
Fugitiuus delinquens literis incarcerationis perſequitur 366.10

G.

Gvaranda abroganda, eiuſque effectus libelli oblationi tribuendus 381.17

Guaranda exigenda ante citationem 17. 2
a iudice alias mulctando 381. 17
eius oblatio effectu caret 72. 4. a
praestatio exigente reo in termino facienda 72. 4
in processu summario an sit necessaria 288. 6
mandatum speciale an requirat 53. 7. b. c
in Saxonia Elect. abrogata 17. 2. a

H.

Heres cambiali rigori obnoxius non est in Saxonia 331. 9
bene tamen in Duc Magdeb. ibid.
Heredum mentio in mandato an necessaria 50. 5. b
substituentis in substitutione necessaria non est 56. 8. d
Heres mandato nouo procuratorem instruere tenetur 267. 1. f
non autem iur. Magdeb. ibid.
Hora prosecutionis arresti 335. 4
publicationis sententiae notanda 199. 4
termini qua comparendum citato 18. 4
testium producendorum 111. 2. G
Hipothecaria actio vid. Actio.

I.

Immissio abroganda 397. 42
quomodo fiat 249. 7
fit vno actu cum ipsa executione 246. 5. a. et 249. 7. a
effectus ibid.
Immobilium possessores 73. 4. e
subhastatio in concursu 358. 3

In Impedimenta legitima an possit condemnari comparens, nec respondens 39. 1. c
condemnatio quid operetur 42. 2
quid requirat ibid.
eorum probatio 44. 3
non admittit contrademonstrationem 45. 3. e
Incarceratio inquisiti 366. 5
ad rescriptum incarcerationis 325. 5
debitoris cambialis contumacis 323. et 324
Indossamentum non admittit exceptiones ex persona indossantis 328. 7
obligat indossantem, cui obstant exceptiones ad interesse debitori praestandum 328. 7. a
subiicit rigori cambiali 332. 9. d
Inficiationis poena 96. 7
Inhibitionis cassatio 342. 6
concessio 339. 3
confirmatio 341. 5
petitio in appellatione 228. 8
abroganda 394. 38
in Elect. Saxon. cessat 229. 8. c
Inhibitiuus processus generaliter tractatus 338. sqq.
Iniuriarum actiones vid. Act. iniur.
Inquisitio contra absentem 366. 6
in crimina grauiora 366. 5
leuiora 365. 4
generalis et specialis 365. 4. a
Inrotulatio actorum vid. Actor. inrot.
Insinuatio Citationis vid. Citat. insin.
dies non computatur in Terminum 18. 4
Inspectio ocularis quouis tempore peti et institui potest 117. 5. b
Instrumenta guarentigionata quae 316. 317
Interpositio appellationis et leuterationis vid. Appell. et Leut.

Interrogatoria quotuplicia 115. 4
captioſa, illicita et impertinentia non attenduntur 116. 4
inte rmino productionis regulariter offerri debent 115. 4. a
non admittuntur contra conſcientiae defenſionem niſi generalia 174. 6
non in poſſeſſorio ſummario 344. 10
an in demonſtratione dominii 287. 5. g
an in proceſſu matrimoniali 311. 6
recuſari poſſunt in cauſis ſummariis 287. 5. f
Interuentio duplex 253. 2
acceſſoria 257. 5
principalis 255. 4
quouis temp ore inſtitui poteſt ibid.
coram commiſſario inſtitui non poteſt 274. 3
Interuenicns quomodo probare debeat ſuum intereſſe 254. 3
iuramenti delationem non admittit 255. 3. b
Introductio appellationis vid. Appellatio.
fatale eſt ſublatum 228. 8. a
Iudex abſens in termino 30. 1
eccleſiaſticus quis 3. 7
malitioſus coërcendus 398. 45
negligens in exigenda guaranda ante citationem 17. 2
mulctandus 381. 17
item ob aliam incuriam 382. 18
ſecularis 4. 8
ſummus in Rep. 3. 6
Iudicia Saxonica 4. 8
poſſeſſoria et petitoria 2. 2
Iudicii petitorii latior ſignificatio 2. 2, a
Iuramenta in quibus locum habet conſcientiae defenſio 169. 2
acceptatio quando facienda 160. 2

Iura-

Iuramenti delatio fieri debet ante litem conteſtatam vel guarandam 148. 1
iure nouo fieri debet in ipſo libello ibid. a
delati declaratio fieri debet, quid facere velit, cui delatum, ante ſententiam 160. 2. a
delatio abſoluenda breuiſſime 389. 31
etiam poſtquam actori probatio iniuncta 150. 2
a parte rei obtinet in reprobatione, licet in ſententia reſeruata non ſit 154. 6
cumulari nequit cum probatione per documenta 140. 4. d
licita non eſt ad probandum intereſſe interuenientis 255. 3. b
in poſſeſſorio ſummariiſſimo 346. 13
non contra executionem ad probandas exceptiones 248. 6. b
non contra matrimonium 310. 5
non in proceſſu executiuo 321. 7
non in proceſſu prouocatorio ad hunc proceſſum inſtituendum 353. 6
non in proceſſu ſummario ex §. 8. reſol. grauam. 291. 8
non in proceſſu ex §. 22. Mandat. Reg. de Duell. 298. 6
non poſt reuocationem 161. 2
poſt defectum probationis iure ciuili 152. 4
qua formula facienda ſuper facto proprio et ſuper alieno 157. 8
generalis quoque admittitur ibid.
quando facienda ſuper articulo 156. 7
eliſiuo 103. 3. et 151. 2. b
exceptione 153. 5
libello 148. 1. a. et 152. 4
replica 150. 2
in proceſſu ſummario 298. 6. b

Iuramenti praestatio adhuc locum habet, si conscientiam defensurus articulos impertinentes obtulerit 172. 4
si nihil probauerit 175. 7
quod non valet in Saxon. Elect. ibid. a
cessat, si quis probationem deseruerit 173. 4
fieri nequit per procuratorem 183. 7. a
nisi parte consentiente ibid.
quando fingatur 180. 5
praestiti effectus 185. 1
recusatio quid operetur ibid
Relatio quando fieri debet 178. 1
fieri nequit post defensionem conscientiae 176. 7. et 178. 1
in processu summario ex §. 22. Mand. reg. de Duell. 298. 6. c
in quibus iuramentis locum habeat 179. 2
Iuramenti Reuocatio impedit nouam delationem 161. 2

Iuramentum calumniae praestandum
a deferente 180. 4
nisi acceptans deferat principale 183. 7
si deferens ad id citetur 166. 9. et 180. 4. 5
ab eo, qui defert iuramentum edendorum 137. 3
ab interueniente interesse non demonstrante 224. 3

Iuramentum edendorum, eius formula et effectus 139. 4
quando deferatur 137. 3
an etiam, vbi sententia, quae editionem iniunxit, in rem iudicatam transiit 139. 4. a
relationem et conscientiae defensionem non admittit 138. 3. d

Iura-

Iuramentum iuſtitiae a Commiſſario praeſtandum 272. 2

Iuramentum principale poſt ſemiplenam probationem pro conſcientia defendenda potius iniungendum, quam ſuppletorium 176. 8

Iuramentum relatum quando requirat oblationem 167. 10

praeciſe praeſtandum 180. 3

Iuramentum ſuppletorium et purgatorium quando iniungendum 201. 5

vt euitetur, nulla alia admittitur probatio, quam per documenta 202. 5. d

Iurare detrectans in proc. ſumm. §. 22. Mand. Reg. de Duell. 298. 6

Iuramentum teſtium in inquiſitione 368. 9

in proceſſu ciuili 117. 5

veritatis in dubio potius vni iniungendum, quam alteri credulitatis 201. 5. d

Iuriſdictio alta et baſſa 3. 7. b

ciuilis et criminalis ibid.

eccleſiaſtica et ſecularis 3. 7

omnis a principe 3. 6

patrimonialis 3. 6. a

tribuit ius ſubditos in proprio iudicio conueniendi 5. 9

Iuſtificatio appellationis quomodo fieri debeat 230. 9

an ſufficiat relatiua ibid. 6

et quando fieri debeat 233. 11

arreſti 336. 6

poſſeſſionis in proceſſu inhibitiuo 339. 2. et 343. 8

L.

Legitimatio actoris a tutore constituti 61. 12
exigenda ante citationem 17.2
alias iudex mulctandus 381. 17
in prima positione necessaria 49. 4. a
Leuteratio vid. Remedia suspensiua.
admittitur etiam contra sententias interlocutorias 208. 2
non tamen facile ibid. a
etiam in appellationis instantia 234. 13
breuius absoluenda et friuola punienda 394. 38
fatalia 210. 4
leuterationis prohibita 209. 3
vna saltim admittenda 210. 3. d. et 393. 36
Eius adhaesio 236. 14. b
interpositio 211. 5
prosecutio 216. 10
debet specialiter peti in schedula 214. 8. b
quot positiones admittat 220. 13
reiectio 213. 7
schedula grauamina exprimit 212. 6
Lex non eget probatione nec eius vsus 11. 1. b
Libellus arrestatorius 336. 5
ineptus impedit condemnationem non probatis legitimis impedimentis 44. 3. c
solennis in causis summariis non requiritur 283. 2
qualis in processu summario §. 22. Mand. reg. de duell. 294. 2
in processu summario §. 6. Tit. 1. O. P. R. 303. 11
partes 11. 1
repetitio 69. 1
an necessaria reo contumace 38. 1. a
requisita 11. 2

Licitatio primae ius in concursibus saluum est 359. 3
in Elect. Saxon. sublatum ibid. c

Liquidatio expensarum quando aduersario communicanda 206. 7. c

Literae per quas pars se excusat, vt comparere non possit 41. 2. c
earum comparatio 127. 8. a
in Elect. Saxon. est abrogata ibid.
incarcerationis patentes 366. 6

Litis contestatio statim in prima citatione reo iniungitur sub poena confessi et conuicti 78. 2. c
an in ipso die termini facienda 81. 5. c
euentualis 80. 5
negatiua contra veritatem licita 95. 6
aequissime 384. 21
nisi vbi poena inficiationis statuta 96. 7
reuocari a procuratore sine speciali mandato non potest 53. 7. c
vitiosa quomodo puniatur 85. 8
admittenda instar negatiuae 383. 20
eius diuisiones 94. 5
requisita 91. sqq.
specialis in sum. proc. §. 22. Mand. reg. de duell.
non admittitur 297. 5

Litis denunciationis effectus 262. 5
modus 261. 4
quando facienda 260. 3
denunciatus an denuncianti assistere debeat 262. 5. b

Litis Reassumtio vid. Reassumtio.

Lutherus coram Notario appellauit 223. 4. b

M.

Mandatum (Befehl) excitatorium, monitorium poenale 338.339

Add. *Inhibitio.*

Mandatum (Vollmacht) ab herede elapso deliberandi spatio ratihabendum aut nouum dandum 267.1.f

statim exhibendum 49.4.a
comparitione principalis an tacite reuocetur 58.10
mancum 59.11
pluribus dandum coniunctim et separatim 52.6
sine eo, qui admittantur 60.11.c
eius clausulae 50.5
subscriptio 51.5
subsignatio ibid.
an necessaria ibid.e

Mandatum generale sufficit ad arresti impetrationem 333.2
iustificationem 336.6.a
ad articulorum probatoriorum oblationem 102.3.a
ad leuterationis interpositionem 211.5
prosecutionem ib.d
ad litis contestationem 94.5
ad concedendum articulum 136.2.f

Mandatum speciale requiritur ad citationes recipiendas 23.7. et 198.3.b
ad oblationem diffessionis documenti ad iurandum 166.8

Manda-

Mandatum ſpeciale requiritur ad praeſtationem cautionis de lite proſequenda 36.5.b
ad reaſſumtionem litis 270.3
ad recognitionem copiae pro originali 135.2.c
documentorum 123. 5.b
ad renunciationem leuterationis 211.5.d
ad ſubſtitutionem 55.8
ſingulorum actuum expreſſionem an deſideret ibid.
vſus incertus circa varios actus 52.7
Mariti comparitio pro vxore 63.13
Matrimoniales cauſae quomodo tractentur 307.1.a
Minori non facile inſinuanda citatio 23.7
Moderatio expenſarum 206.7
Monitorium praecedere ſolet praeceptum inhibitiuum 339.3
litis pendentiam inducit 340.3.a
Mulier quatenus cambiali proceſſui obnoxia 330.9
ei licet curatorem habeat recte inſinuatur citatio 24. 7.g
eius comparitio 63.13
Mutuum praeſumitur in cambio, in quo alia cauſa debendi non eſt expreſſa 330.9.a

N.

Negatiua an probanda 104.4. et 342.5.a
Neſcit an vitiet litis conteſtationem 92.2
Nomina Clientum in prima poſitione ſunt exprimenda 70.1.d

Nominatio autoris vid. Autor. nominatio.
Notificatio termini an sit necessaria 20. 5. a
Nullitatis querela quando interponenda 238. 1
deducenda 239. 2
an executionem suspendat 240. 3
qui temere mouet multatur 241. 3

O.

Ober-Leuteratio vbi obtineat 203. 3. a. et 235. 13
Oblatio ad defensionem conscientiae eiusque fatale 170. 3
ad iuramentum calumniae minus necessaria 180. 5. a
ad iurandum in quibus iuramentis necessaria 167. 10
non obseruatur in causis matrimonialibus 312. 8
in iuramento relato quando requiratur 167. 10
recte fit per mandatarium 166. 8
requiritur etiam post *conscientiae* defensionem 175. 7. b
eius fatale 161. sqq.
abrogandum 391. 33
abrogatum 161. 3. a
modus. 166. 9
Officialium forum 4. 8. a
Officii iudicis imploratio 15. 5
Originalia quando ab actis repetantur 123. 4

P.

Palmarium aduocati non restituit condemnatus in expensas 205. 7

Palmarium aduocati in Elect. Sax. plane non debetur, licet promissum ibid. a
Pauperum iura an tribuat cautio iuratoria 74. 4. f
Poena confessi et conuicti 84. 7
primae citationi inferenda 382. 19
et ipsi inferitur 18. 3
inficiationis 96. 7
nullitatis querelam temere mouentis 241. 3
Positiones in disputationibus attestationum 188. 3
probationum per documenta 193. 7
in Leuteratione 220. 13
in primo termino 71. 3
Possessores immobilium quinam 73. 4. e
Possessorium summarium non admittit litis denunciationem 259. 2
quando admittatur 337. 1
Praeceptum executiuum 242. 1
eius spatium 243. 2
intra quod tempus expediendum 242. 1. b
immissionis 249. 7
cumulatur cum praecepto executiuo ibid. a
inhibitiuum 338. 2
Praesentatio libelli 16. 1
quomodo concipienda ibid. a
fieri potest in aedibus priuatis ibid.
Praestatio vid. *Guaranda* it. *Iuramenti praestat.*
Probatio contra praestitum iuramentum suppletorium vel purgatorium 202. 5. d
cumulari nequit cum iuramenti delatione 140. 4. d
eiusdem articuli per testes et documenta simul fieri potest 140. 4. c

Probatio exceptionis ſpolii 88. 10
exceptionum dilatoriarum vix vnquam neceſſaria 86. 9
quid reſpiciat 104. 4
ſuperflua eſt quoad ius aut legis vſum 11. 1. b
eius differentiae a demonſtratione 285. 5
cui iniungenda 99. 1
inchoandae fatale 100. 2
in probanda diffamationis veritate 354. 8
Add. Conſcientiae defenſio. Documenta. Teſtes.

Proceſſus breuior intra annum aut biennium finiendus 376. 10
difficulter emendandus 372. 3
nimium diuturnus 371. 1. 2
quotuplex 1. 1
tribus modis corrigi poteſt 373. 5
vtrum abrogari poſſit 373. 6
vtrum abrogatio futura ſit commoda 374. 7. 8
Proceſſus accuſatorius quatenus hodie *locum* habet 362. 2
Proceſſus bamitorius Imperii et Saxonicus 363. 3
Proceſſus cambialis 322. ſqq.
contra quos detur 330. 9
locum habet ex quocunque inſtrumento clauſula cambiali munito 329. 8
male inſtituitur ad poenam recogniti 323. 2
poſtulat comparitionem et perſonalem recognitionem 322. 1. b
ſub poena incarcerationis 322. 2
reſpuit exceptiones ex perſona indoſſantis competentes agente indoſſatario 328. 7
illiquidas et non numeratae pecuniae 326. 6
quando exſpiret 330. 8. b

Proceſſus

Processus ciuilis quotuplex 2. 2

Processus concursus creditorum vid. *Concurs. Cred.*
generaliter perlustratus 356

Processus consistorialis 307. sqq.

Processus criminalis an requirat transmissionem copiae commissorialium 273. 2. b
quotuplex 1. 1. et 362. 2

Processus desertionis 314. 10

Processus executiuus 314. sqq.
locum habet ex instrumento guarentigiato 314. 1
non admittit exceptiones illiquidas 320. 7
non est instituendus quoties executio statim peti potest 242. 1. a. et 315. 2
quomodo tractandus 318. 5

Processus inhibitiuus vbi locum habet et quomodo tractetur 338. 2
in quibus iudiciis in Saxon. locum habeat ibid. a

Processus inquisitorius quando instituatur et qua ratione 365

Processus matrimonialis quomodo peragatur 307. sq.
summarius fere est 307. 1
non tamen semper ibid. a

Processus ordinarius conuerti potest in summarium 281. 1
quotuplex 2. 3

Processus Possessorius. Add. *Possessorium.*
generaliter propositus 337. sqq.
ordinarius 337. 1
summarius in specie 338. 1
inhibitiuus 339. sqq.
vtriusque singularia 344. sqq.

Processus prouocatorius ex Leg. *Diffamari* consultior
prouocatione ex L. *si contendat* 350.2
non conceditur contra possidentem 353.7
operatur impositionem silentii 355.10
requirit demonstrationem diffamationis
aliqualem initio 353.6
pleniorem post negationem 356.11
ex Leg. *si contendat* non datur contra cambium aut chirographum possidentem quoad exceptiones illiquidas 327.6.a. et 351.3
non tendit ad impositionem silentii 350.2

Processus reassumtio vid. Reassumtio litis.

Processus summarius quotuplex 2.5
in specie sic dictus in Sax. Elect. sublatus 282.1.a
eius differentiae certae a processu ordinario 283.sqq.
dubiae 287.6

Processus summarius ex §. 8. Resol. grauam. 290. sqq.
sublatus est hodie 293.10

Processus summarius ex §. 22. Mand. reg. de Duell. et §. 6. *Tit.* 1. Ordin. Proc. recogn. *generaliter tractatus* 293. sqq.

Procurator constituendus ab extero cum potestate recipiendi citationes 48.3.a
mandato carens 49.4
non admittitur ad iuramentum praestandum 183.7.a
in causa cambiali 322.1.b
non in summario processu ex §. 22. Mand. reg. de duell. a parte rei 296.4.a

Productio Documentorum it. *Testium*. vid. *Docum.* it. *Test. Productio.*

Prorogatio fatalis Apostolorum redimendorum illicita, non solutionis eorum 224.6
disputationum fieri potest a iudice, non partibus 192.6

Prorogatio fatalis leuterationis interponendae nec a iudice, nec partibus fieri potest 211. 5. b

Prorogatio termini an à dilatione differat 105. 5
primi 29. 11
probatorii post terminum elapsum non conceditur 105. 5
nisi extra Saxoniam ibid. a

Prosecutio arresti 335. 3
leuterationis 216. 10

Protestatio contra quaedam collegia iuridica 197. 2. c
contra testes 113. 3
de reseruanda reprobatione in possessorio summariissimo 345. 10
inanis contra sententiam 207. 1. a
de iuramenti delatione post litis contestationem 151. 3
de reprobatione admissa publicatione attestationum 145. 3. b

Prouocatio ex L. diffamari fieri potest coram quocunque iudice 352. 5. et 355. 9
limitatur in Elect. Sax. 352. 5. a. et 355. 10. b

Publicatio attestationum quando facienda 186. 2
intempestiua non obstat reprobationi 144. 3
non obtinet in processu summario 287. 5
sententiae 199. 4

Pupilli comparent in iudicio cum tutoribus, vel per eos, actoresue 61. 12
illis insinuari nequit citatio 23. 7

Q.

Querela nullitatis. vid. *Nullitatis querela.*

R.

Reassumtio litis quando necessaria 266.1
quoad heredes sublata ibid.d
in quibus casibus 268.2

Recepisse citationum quando vtile 28.10

Recognitio documentorum. vid. *Docum. Recogn.*

Reconuentio 276. sqq.
instituitur iure Magdeburg. et Saxon. Elect. etiam ante finitam conuentionem, aeque ac de iure communi 277.2.a
restricta est iure Saxon. ad causas connexas 276.1
fundamentum potest etiam allegari per modum exceptionis 280.3
in quibus causis plane non admittitur 281.4.b

Regimen Dresdense 5.8
non vtitur processu inhibitiuo 338.2.a
promouet amicabilem compositionem 380.15
vtitur Ober-Leuteratione 209.3.a. et 235.13

Registratura ab actuario quomodo facienda 7.10
de libelli oblatione 16.1

Remedia suspensiua abusibus obnoxia 391.35
ab interueniente post sententiam ei opponi possunt 255.4
non conceduntur contumaci 209.2.c
contra sententiam condemnatoriam in processu executiuo 315.1
quando admittantur in possessorio summario 347. sqq.

Remo-

Remonſtratio admittitur aduerſus
demonſtrationem diffamationis 356. 11
exiſtentiae conditionis
in proceſſu executiuo
317. 4. e
exceptionum in proceſ-
ſu ſummario ex §. 8.
Reſ. Grau. 291. 9
exceptionum in proceſ-
ſu ex §. 22. Mand.
reg. de duell. 299. 7
exceptionum in proceſ-
ſu ex §. 6. T. 1. Ord.
Proc. Recogn. 304. 12
non admittitur contra probationem legi-
timorum impedimentorum 45. 3. e
an et quomodo in poſſeſſorio ſummariiſſimo permit-
tatur 345. 10 et 12
fatali non eſt alligata, quamuis id demonſtrationi per
ſententiam praefigatur 286. 5. f
eius fatale ſententia definitum a quo tempore currat
289. 6. f

Replica etiam libello inſerta reum ad edenda documenta
obſtringit 137. 3. a

Reprobatio 141. ſqq.
acceleranda 389. 30
admittitur aduerſus probationem contra iuramen-
tum ſuppletorium vel purgatorium factam
202. 5. d
poſt atteſtationes aliunde, quam ex publicatio-
ne cognitas 146. 4
contra probationem exceptionis ſpolii quando facien-
da 88. 10
eius fatale 146. 5

Reſcriptum incarcerationis in cauſa cambiali 325.5

Reſeruatio exceptionum contra documenta eſt ſuperflua 125. 5. f

Reſponſa Collegiorum Iuridicorum 190.5

Reſponſio petita in proceſſu executiuo illum transformat in ſummarium 318. 5. b

Reſtitutio in integrum aduerſus lapſum fatalium 109. 6. h

ſententiam intra decendium petenda 238. 1

competit litigantibus in proceſſu matrimoniali *aduerſus* neglectum fatalium 312. 8

contra fatale probationis neglectum 108. 6. h

contra ſententiam in poſſeſſorio ſummariiſſimo latam 348. 14. b

Reuiſio actorum vbi obtineat 238. 1

Rotulus teſtium quomodo conficiendus 118. 5. c

a Commiſſariis intra 14. dies tranſmittendus 273. 2

a Notario confectus admittitur in defenſione *inquiſiti* 368. 10

in poſſeſſorio ſummariiſſimo 345. 11

quod immutatum ib. a

quando in poſſeſſorio ſummariiſſimo ſit offerendus 346. 12. a

non fundat proceſſum ſummarium ex §. 8. Reſol. grau. 291. 8

Ruſticus in quantum ſubiectus proceſſu cambiali 331. 9. a

S.

Saluus Conductus delinquenti conceſſus 367.6

Schrifftſaſſiorum forum 4. 8. a. b. c

Sententia abſolutoria 200. 5

a Collegio lCtorum lata publicanda 195. 1

condemnatoria 205. 5

definitiuae addi debent rationes ibid. a

iuramentum iniungens ibid.

leuterationis 220. 14

quando ferri poſſit leuterato non comparente ib. a. b

locationis in concurſu 359. 4

ſuper recognitione documentorum 132. 10

reſignanda non prius niſi in praeſentia partium 199. 4. a

quomodo publicanda ſi partes emaneant 198. et 199

Silentium perpetuum imponitur in prouocatione ex L. *diffamari* 355. 10

non ex L. *ſi contendat.* 350. 2. d

Spolium vid. *Exceptio ſpolii.*

Steck = Briefe, quibus abſens inquiſitus inquiritur 366. 10

Studioſus proceſſu cambiali conueniri non poteſt 331. 9. a

Subhaſtatio quando et quomodo fiat 250. 8. et 358. 3

quotuplex 250. 8

generalis in Electoratu abrogata ibid. a

Submiſſio ad acta priora in appellatione 231. 9

Subſcriptio in mandato 51. 5. d

Subſignatio inſtrumenti guarentigiati 316. 4. a
mandati 51. 5. e
Syndicatus 66. 14
Subſtituendi poteſtas inuoluit ius ſubſtitutionem reiterandi et reuocandi 55. 8
Subſtitutio non poteſt fieri a Commiſſario principis 274. 3
a Procuratore ſine ſpeciali mandato 55. 8
Supplicatio contra ſententiam 237. 1. a
pro impetranda citatione 15. 6
Syndicatus non requirit renunciationem beneficii excuſſionis et diuiſionis 66. 14
quomodo ſubſcribatur ibid. e
Syndicus vniuerſitatis 66. 14

T.

Tag- oder Gedenck-Zettul vtrum neceſſaria et *quid* operetur 20. 5
Taxatio bonorum debitoris 246. 4. d
Terminus executiuus 243. 2. c
iurandi 182. 6. et 202. 5. d
probatorius 99. ſqq.
reprobatorius 141. ſqq.
productionis teſtium 109. 1
quando iudex eum praefigere debet 110. 1. a
Saxonicus integer requiritur ad poenam recogniti 126. 7. a
eius circumductio 31. 2

Terminus

Terminus, eius circumductio in specie termini publicationis sententiae 198. 3
termini prosecutionis leuterationis an inuoluat desertionem 216. 10
dies in citatione exprimendus 18. 4
spatium iure Saxon. 19. 4. d
coarctandum 382. 19
in citatione ad concursum 358. 2. d
Testes Consistoriis quatenus sistendi 311. 7
contra inhabiles exceptio et protestatio 113. 3
et plane inhabiles non citantur ibid. b
in inquisitione 368. 9
vnus aut iniurati duo in possessorio summario et inhibitiuo probant 344. 9. a
Eorum citatio 103. 3. et 111. 2
statim sub poena facienda ib. a. et 387. 26
examen 116. 5
productio 111. 2
absentium tanquam praesentium inanis 112. 2. e
facienda sublatis disceptationibus, quae illam remorantur 114. 3. c. et 387. 27
in termino neglecta an desertionem demonstrationis operetur 288. 6
Torturae iniunctio et defensio pro ea auertenda 368. 9. et 10
Transmissio Actorum vid. *Actor. Transmissio.*
Tutoris actor 61. 12
comparitio in iudicio pro pupillo ibid.

V.

Victor aliquando condemnatur in expenſas 203. 6. b. et 313. 9

Vniuerſitas quomodo citanda 23. 7

quomodo in iudicio compareat 66. 14

Vſus legis non eget probatione 11. 1

FINIS.

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Gribner, Michael Heinrich,

Mich. Henr. Gribneri Principia processus iudiciarii in usus privatos auditorum conscripta

Ienae 1728

Bamberg, Staatsbibliothek -- J.c.o.286
urn:nbn:de:bvb:12-bsb11703450-9
VD18 14466023-003